

PHYSICÆ EXPERIMENTALIS
ELEMENTA

R. PANORMITANÆ ACADEMIÆ

U S U I

Et Experimentis publice instituendis
accommodata

A U C T O R E

P. ELISEO

A CONCEPTIONE

CARMELITA EX CALCEATO

In aedem R. P. A. Physicæ Experimentalis Antecessore
& R. S. A. Neapolitanæ Academico P.

VOLUMEN UNICUM

PHYSICAM GENERALEM
COMPLECTENS



PANORMI MDCCXC.

TYPIS REGIIS.

*Lapides, & signa ab aliis accipie: ædificii
tamen extractio, & forma tota nostra. Ar-
chitectus ego sum, sed materiam varie-
undique conduxi. Nec aranearum sane
textus ideo metior, quia ex se fita qigant,
nec noſter vilior, quia ex alienis libamus
ut Apes.* Lip. Lib. I. Polit. Cap. I.

F R A N C I S C O

D E A Q U I N O

C A R A M A N I C I P R I N C I P I

&c. &c. &c.

B. J A N U A R I I E Q U I T I T O R Q U A T O

I N T I M O R E G I S C U B I C U L A R I O

Summis Legationibus uso

A C S I C I L I A P R O R E G I

Q U O D

In suprema Administratione

S I B I A C L E M E N T I S S I M O R E G E

I T E R A T O C O L L A T A

A t q u e a b u n i v e r s i R e g n i C o m i t i i s

C o n s p i r a n t i b u s s u f f r a g i i s

T e r t i o e x p e t i t a

S I C I L I A E F E L I C I T A T E M C U R A V E R I T

Litterarum ac bonarum artium

incrementum foverit

F. E L I S E U S

A C O N C E P T I O N E

E X I M I I P R I N C I P I S

B E N I G N I T A T E D E V I N C T U S

P H Y S I C A E E X P E R I M E N T A L I S

E L E M E N T A

D. D. D.

AD PHYSICAM EXPERIMENTALEM

ISAGOGE.

I. **Q**uum primum universa litteraria Res-
publica a dirissima illa ubique domi-
nante barbarie respirare cœpit , atqne mo-
lius propitiumque sidus Scientiis omnibus
illuxit , etiam Physica Disciplina , detersis
squallore & fodiis , in quibus jampridem
jacuerat , vultum suum emendavit , atque
incrementa lætissima sumpfit . Præscriptio
hujusce tractationis limites in ipso præle-
ctionum exordio prætergrederer , Juvenes
Accademici , si historiæ philosophicæ pe-
riodos omnes curiosa indagine cingens , in
scenam vellem producere Viros illos do-
ctissimos , quos genuit Italia , Anglia , Gal-
lia ; Germania , quiqne maxima ingenii fe-
licitate , collatis certatim consiliis , non
sine successibus exoptatissimis ad hanc na-
vandam operam adjutrices porrexere ma-
nus . Qui lætissima hæc Philosophiæ incre-
menta scire desiderat , fitim explere poterit
perlegendō Joannis Jonsii , & Jacobi Bruke-

A

ri

2

ri historiam criticam Philosophiæ; atque exinde intelliget quantum in Physica Disciplina emendatum, auctum, atque innovatum fuerit, ex quo abjecto illo, quod tot sæcula Philosophantium ingenia fascinaverat, Peripateticæ Sectæ studio, magna animi libertate in ipsam phænomenorum naturam fuit inquisitum. Verum qui se a liis Duces in re tantæ molis præbuerunt, non omnes eamdem methodum amplexati sunt, nec eamdem semitam selegerunt; quo factum est, ut ipsi recentiores Philosophi in plures discrepantesque factiones scissi fuerint.

2. Philosophorum itaque, qui in re physica inclauerunt, primum genus est eorum, qui methodum verosimilium adoptarunt. Licet autem concedamus eos viam atque rationem philosophandi accuratiorem fuisse secutos illa, quæ apud Scholasticos obtinuerat; negari tamen nequit plurimis fabulis eorum Physicam inspersam esse. Ipsi enim nimium propriæ imaginationi indulgentes, & abrepti naturali voluptate de omnibus præpropere differendi, inani audacique fastu theorias architectantur, & systemata persæpe fingunt exquisito quodam fuco delinita, ut effectuum naturalium nondum bene exploratorum rationem reddant; quo fit ut non causas veras, sed verisimiles

com-

communis cunctur: nec quid Natura ferat; sed quid ferre possit ut plurimum ostendunt. Methodus hæc post Brunum, Cardanum, Telesium, & Campanellam, qui in stadio Philosophiæ ecclæsticæ se antesignanos cæteris dedere, precipue arrisit Renato Cartesio, Thomæ Burnet, Guillelmo Wiston, Vodvardo, & Comiti de Buffon; eaque plurimum obstitit, quominus quod suscepserant reformatæ Philosophiæ opus felicissimis auspiciis absolverent. Multum siquidem nocuere hujuscce Scientiæ incrementis Cartesii somnia, Burnetti, Wistoni, & Wodvardi operosæ nugæ, & Buffoni opinionum portenta, & blandulis verborum phaleris ornatæ theoriæ: floremque lætis. sine exurgentem, velut imber quidam, depressoerunt.

3. Secunda Physicorum Clasiss unice per observationes & experimenta procedit, atque in id solum incumbit, ut Naturæ Phænomena, quæ per sensuum repræsentamina nobis innotescunt, diligenter explicit atque historico more describat. Hujus sectæ laboribus haud exigua debet Philosophia incrementa; plura fortasse exinde receptura, si methodi experimentalis Sectatores non unice empiryco & historico more, in observationibus & experimentis conquivissent; sed ad normam eorum theorias &

universales Naturæ leges explicassent.

4. Tertium Philosophorum genus est eorum, qui res Physicas methodo dumtaxat Mathematica pertractarunt: nec de experimentis, & periculis iterandis, sunt ullo modo solliciti; sed conferunt dumtaxat omnes virium conditiones, quæ singulis corporum generibus in praefatis phænomenis competent. Hæc vero methodus, quamvis summopere laudanda, suis tamen nævis non caret; nam cum plerunque accidat, quod in rebus physicis principia perspicua rarissime occurrant; hinc dum mathematicæ disciplinæ ad ea enucleanda adhibentur, non nisi ex principiis probabilibus argumentari potest, & non nisi probabiles veritates colligi. Porro, cum omnia quæ in mathesi pertractantur debeant geometrica severitate ex perspicuis principiis latentes veritates patefacere; hinc prono alveo sequitur, ut qui mathematicis tantum demonstrationibus innixi, de rebus physicis judicare contendunt, prave atque distorte plurimque ratiocinentur. Quid quod illud alterum de hac mathematica methodo cum Cl. Verneio tacere nequimus, quod nimirum quidquid de rebus physicis pertractant, cothurno analyticō, atque persona quadam mathematica induitum in scenam prodire volunt, atque se philosophari non existimant

mant , nisi calculo differentiali , & integrali omnia inspergant ? Volunt hi certe Ægyptiorum mysteria , ac reconditam philosophiam rursum in proscænium philosophicum revocare , & omnia per ænigmata significare & exponere : quæ tamen non minus exercitatum interpretem requirunt , quam ipsæ controversiæ philosophicæ . De quo quidem pedantissimo mathematico hæc referre non auderem , nisi cognoscerem hanc labem hac nostra ætate apud pluriños invanuisse ; quo sit ut Juvenes , qui addiscendæ Physicæ operam collocant , tamquam ad nuper delapsum igniferum , crinitumque cometam horreant , expaveant , & a prosequendo studio arceantur . Sed hæc hactenus .

5. Verum in aures mihi insusurratum sentio : quamnam igitur methodum in hoc studio percurrendo arripiemus ? Ex variis hisce philosophandi methodis , uti nulla est , in qua omnia placent , ita in omnibus quædam probare possumus ; quocirca , ut delectus habeatur oportet , ea eligendo , quæ usui maxime futura sunt , & rationem ex hisce omnibus compositam sequendo ; in quo quidem apes imitabimur , quæ ut Poeta disertissime ait .

*Illæ continuo saltus , sylvasque peragrant ,
 Purpureosque metunt flores , & flumina libant
 Summa leves
 Hinc arte recentes
 Excludunt ceras , & mella temacia fungunt .*

6. Ac primum quidem methodum vero similiūm accersemus , quando sermo instituendus est de iis corporibus , quæ sensus nostros fugiunt . Attente notabimus omnia , quæ respiciunt corpora , super quibus instituere possumus experimenta , & observatio-nes ; & quando hæc corporibus insensibili-bus similia reperiemus , tunc analogice cum aliqua verisimilitudine loquemur de his non subiectis nostris sensibus eadem ra-tione , qua de iis in quibus experimenta fuere instituta .

7. Quando vero de investigandis virium rationibus , quæ singulis corporum generibus competunt , sermo erit , non verebi-mur in subsidium advocare notiora theo-remata mathematica ; cum nobis compertum sit inter physicas & mathematicas disciplinas magnam & admirandam intercedere de-be re confessionem ; adeo ut propter com-mu.

mune cognationis vineulum porrectis ma-
 nibus choræas quodammodo agant. Nun-
 quam vero vos coniiciam in operosiorum
 demonstrationum ambages, & quando in
 mathematicos flexus pedem deberemus in-
 ferre, tunc filum ratiocinationis abrumpam.
 Rem clariorem efficiam proponendo vobis
 duo exempla desumpta ab elogio, quod sum-
 mus geometra d' Alembert de alio æquali
 geometra Joanne Bernoullio conscripsit,
 quæque italica veste donata sic a Cl. Hye-
 ronimo Barbarigo describuntur,, Si pro-
 ,,, ponga il Fisico di scoprire, dati in un
 ,,, piano verticale due punti, li quali non
 ,,, siano posti ne in una linea perpendicola-
 ,,, re all' Orizzonte, ne in una a questo pa-
 ,,, rallela; ma bensì in una all' orizonte
 ,,, medesimo obliqua, un corpo pella pro-
 ,,, pria sua gravità in meno tempo da un
 ,,, punto all' altro per una retta o per una
 ,,, curva debba cadere. Essendo da esso fi-
 ,,, sico, che questa ricerca intraprende,
 ,,, pelle leggi della caduta de' corpi gravi
 ,,, notissimo, che vie più divengono celeri,
 ,,, quanto più alla terra s' accostano, e che
 ,,, ciò più fanno scendendo per una curva,
 ,,, che per una retta obliqua all' orizonte,
 ,,, che di quella sia corda, scorrendo, non
 ,,, gli può più rimanerè alcun dubbio, che
 ,,, se siavi una curva, per cui il corpo, che
 , la

„ la descrive acquisti coll' abbassarsi una
„ velocità , che risarcisca non solo , ma an-
„ che superi l' accrescimento del viaggio ,
„ così che se si duplichi per esempio lo
„ spazio della discesa , si accresca più del
„ doppio la velocità , che avrebbe il cor-
„ po che sdruciolasse giù pella corda nei
„ punti corrispondenti , non può dich' io
„ questo fisico ciò posto più dubbitare , che
„ il corpo non giunga in più breve tem-
„ po dall' uno all' altro de' dati punti pella
„ curva , che pella retta . Indi sapendo il
„ fisico , che negli effetti naturali di accre-
„ scimento e diminuzione capaci , v' è l'
„ estremo si massimo come minimo , potrà
„ perciò egli dedurre , che tra tutte l' infi-
„ nite curve , delle quali può quella retta ,
„ che i dati punti unisce , esser corda , una
„ ve ne farà , per cui un corpo nel mini-
„ mo tempo da un punto all' altro dei
„ dati sen vada . Se alcnno poi gli ricerchi
„ la descrizione di questa curva , la di lei
„ natura , le di lei proprietà , dirà egli con
„ ragione , che queste ricerche alle Mate-
„ matiche Scienze appartengono . Il se-
„ condo esempio dell' ora addotto più facile
„ ci verrà dalla Teoria dei Piani inclinati
„ somministrato . Posi un corpo sù di un
„ piano orizzontale , questo tutta la gravità
„ di quello sostiene . Si lasci un corpo ca-
„ de.

9

dere lambendo un piano verticale , quel-
lo coll' intero suo peso discende . Siavì
tra questi due estremi un piano medio ,
cioè all' orizzonte inclinato , allora un
corpo posto sopra di questo , sdrucio-
lerà non con tutto il suo peso , ma con
quella parte di esso , che il piano più av-
vicinantesi al verticale , e con meno ,
se più all' orizzontale si accosti . Ecco la
scoperta del Fisico ; tocca poi al Mate-
matico determinare , qual sia la propor-
zione della gravità di un corpo , che ca-
de liberamente a quella di un' altro che
per un piano inclinato discende .

8.- In veritatibus itaque physicis inve-
stigandis intra hos limites nostras coerce-
bimus prælectiones . Reiiciemus vagas , in-
certasque Hypotheses : A sublimioris Geo-
metriæ demonstrationibus abstinebimus .
Atque omnia observationibus & experi-
mentis ita complectemur , ut solido ex ite-
ratis periculis confirmato ratiocinio finno-
tescant . Vos interim , studiosissimi Juve-
nes , lectionibus , quas favente Deo sumus
habituri , frequentes , atque attentos pe-
ropto , atque expecto . Rogans enixe Deum
optimum maximum , ut effætis corporis ani-
mique viribus , quas ætas prædatrix abstui-
lit , robur adjungat , & meis conatibus be-
nignus aspiret .

.....

B

Quid

Quid in Physica sit Phænomenon, quid Observatio, quidque Experimentum?

9. Phænomena physica vocamus ea omnia, quæ Natura nostris sensibus pervidentia obiicit, sive ex unica causa, sive ex pluribus successive adnexis eveniant & consequantur. Hæc sunt quadruplicis generis: nempe situs, motus, mutationis, & effectus. Phænomenon situs est cum rem aliquam in eodem statu manere video: e. g. Viam lacteam in Cælo. Motus est cum aliquid a loco ad locum se moveri inspicio: e. g. Motum diurnum Solis ab Ortu ad occasum, marinæ aquæ versus littora fluxum, & paulo post relicto littore refluxum. Mutationis est cum aliquid vel sensim, vel repente mutari observo e. g. Lunæ varias mutationes ac figuræ, Arcum cœlestem, Auroram borealem &c. Effectus est cum aliquid ab aliquo proficiisci video, uti motum globi B ex incursu globi A. Hæc autem omnia, & alia ejusdemodi tunc seapte phænomena censentur cum a libera actione alicujus substantiæ non pendent. Hinc motus brachii ad nutum mentis non est phænomenon Naturæ; bene vero quomodo brachium ipsum reflectatur, quam vim exhibeat, & quos sinus acquirant musculi?

10. Observatio est illud sensuum nostrorum

rum officium , quo exhibitos a Natura effe-
fectus contemplamur , & exploramus ; nihil
nobis eorum productionem adjuvantibus :
idque vel nudit oculis consideremus , vel
adhibeamus instrumentum aliquod ad esse-
etum eundem clarius pervidendum . Hinc
Microscopium adhibemus , ut minimas cor-
porum partes detegamus : Telescopium ad
observanda ea quæ in caelis producuntur ;
Barometrum ad explorandum aeris diver-
sum pondus , diversumque elastierum : Hy-
grometrum pro observationibus meteorolo-
gicis : Thermometrum pro gradibus caloris
& frigoris , aliaque id genus plurima instru-
menta , quibus observationes phænomeno-
rum Naturæ absolvuntur .

10. Experimenta , quæ itidem tenta-
menta , tentamina , periclitaciones , peri-
cula . experientiae vocari solent , nomina-
mus illos Naturæ effectus , quos ultra Na-
tura ipsa non obiicit , sed producuntur , &
apparet aliquid nobis in eorum produc-
tione operantibus . Sic dum ferrum in certa
distantia magneti approximamus : isthac
applicatio , & quæ inde sequitur attractio ,
vocatur Experimentum . Sic vitrum con-
friando materiam electricam dictam exci-
tamus . Ex sulphure limatura ferri & aqua
massain componimus sponte ignem , flan-
giamque concipientem , quo coagulatio-

inis montium ignivomorum , & in Terræ conceptaculis causam concipiendam mens nostra revelitur , & exurgit . Hujusmodi etiam sunt omnia experimenta , quæ in Antlia pneumatica instituuntur ad aereum rarefaciendum , quæ ope Eudionetri ad explorandam aeris factitii indolem & natum : & sexcenta id genus alia , in quibus exequendis nostra desudabit industria .

De regulis philosophandi .

11. Ne a recta veritatis semita aberrarent Philosophi leges nonnullas , atque regulas sanxere , quæ ad observationes rite peragendas , ad explicationem phænomenorum ; ad cœlistarum inventionem , & ad explanationem effectuum opportuna esse opinati sunt . Omnimodum instar sint regulæ illæ , quas proposuit Cl. Neuttonus lib. 3. Pris. Mathemat. & veluti axiomata , vel postulata maximi sane usus in scientia naturali constituit .

12. Harum prima est . *Causæ rerum naturalium non plures admitti debent , quam quæ veræ sunt . & phænomenis explicitandis sufficiunt .* Hæc regula , quæ satis est perspicua tria omnino ponit . Primum débere causam phænomeni esse veram ; id est non pro arbitrio confitam , nec solum possibilem ,

sed

sed vere cognitam ; & observationibns plurimiis confirmatam . Hinc peccant contra primam partem Scholastici , cum adscensum aquæ in Antliis ducunt ex horrore vacui . Nam hic horror est quid commentarium , nullo experimento probatur , estque ipsummet phænomenon aliis verbis expositiu . Peccant etiam Cartesiani , qui omnes Naturæ effectus tribuunt fluido cuidam infinite diviso , quod corpori non resistit , quod *materiam subtilem* , seu *ætherem* vocant . Nam materia iis proprietatibus praedita nullo experimento innititur . Peccant contra iidem Cartesiani , cum hypotheses ad summum possibles pro veris & exploratis obtrudunt . Ex quo enim causa sit tantum possibilis , nec re ipsa existere constet , vera numquam censembitur , et si effectui vel phænomeno producenda potis sit . Exemplo sit Horologium , cuius index horariū tum appenso pondere , tum calybis convoluti elatere , tum motu defluentis aquæ tum aliis de causis moveri potest . Qui igitur aliquid Horologium animadvertisens , illi eo ad illius indicis motum explicandum calam fingeret ; rem possibilem quidem affirmaret non veram : nisi facto periculo , & considerata interiori structura judicaret posset nec a pondere , nec ab aqua nec ab alia causa movebitur . Alterum quod ponit

Neut-

z

Newtoniana regula est, quod phænomenis explicandis sufficient. Hinc peccant, qui huiorum adscensum in tubos exilissimos, quos *capillares* vocant tribuant pressioni, & gravitati aeris: nam et si pondus aeris satis sit exploratum, tamen ex eo ratio redi non potest earum rerum, quæ in tubis capillaribus eveniunt. Tertium est ut in constituendo causarum numero parciores simus. Cum enim natura rerum a sapientissimo Architecto condita sit, non inutilia ad finem, quem vult, adhibet, sed quam maxime utilia & necessaria; ideoque supervacaneis in hoc rerum ordine non utitur, sed paucis omnino causis contenta esse solet. Ex quo titulum jam illud apud Philosophos proverbium. *Natura nihil molitur frustra: idemque illud: frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora.* Nolle, tamen aliquem vestrum opinari ex hac newtonianaregula sequi hypotheses omnes a Physica fore ablegandas: ubi enim causæ veræ obtinendæ ab experimentis & periculis spes nulla assulget, hypotheticis causis uti licebit, dummodo causæ illæ effectui explicando apertissimæ sint, & deductæ e rebus revera existentibus non jam possilibus. Multa exempla ab Astronomia petita id confirmant: Astronomi enim varias adhibuere hypotheses, ut phænomena cœlestia explicare, & prædicti.

dicere possent. Si vero contingat istiusmodi hypotheticas causas ab observationibus & experimentis confirmari, tunc pro veris & realibus causis habendae sunt.

13. Lex secunda Newtoniana est. *Efectuum naturalium ejusdem generis cedent junt causæ.* Lex ista a prima deducitur. Si enim effectuum naturalium non plures causæ sunt admittendæ, quam quæ phænomenis explicandis sufficient, si illi ejusdem sunt generis, ab iisdem causis proficiisci debent. Eadem ergo erit causa motus cordis & respirationis in homine, & in brutis; de scensus lapidis in America & in Europa.

14. Lex tertia est: *qualitates corporum, quæ intendi, & remitti nequeunt, quæque in corporibus omnibus compriuntur, in quibus experimenta instituere licet, pro qualitatibus corporum universorum habentes sunt.* Qualitates corporum non nisi per experimenta innotescunt; ideoque generales statuendæ sunt, quæ cum experimentis generaliter quadrant, & quæ minuti non possunt, nec possunt afferri. Certe contra experimentorum tenorem somnia temere surgenda non sunt, nec a naturæ analogia recedendin, cum ea simplex esse soleat, & sibi semper consona. Extensio e. g. corporum nouissi per sensum innotescit, & quia omnibus compedit, de universalis affirmatur. Corpora omnia

alia mobilia esse ex corporum , quæ circumspectio nos sunt proprietatibus colligimus , & inde concludimus omnia corpora etiam a nobis remota mobilia esse . Quod de extensione & mobilitate asseruimus , Resistentia seu impenetrabilitati etiam est applicandum . Quare extensio , mobilitas , & resistentia erunt primariæ , & universales corporum affectio-nes , quæque ad omnia corpora , etiam ea , quæ tensus omnes fugiunt , ut sunt particulae omnium fluidorum , non exceptis æthere & luce sunt applicandæ ; adeo ut ea extensa , solida seu resistentia , & mobilia sint dicenda ..

15. Non vacat hic ad examen revocare tres Leibnitii philosophandi leges , quæ tanto ingenij acumine fuere a leibnitianis , maxime Germanis , uberrime & ingeniose defensæ . Prima est : *Principium rationis sufficientis* , altera *identitatis indiscernibilium* . Tertia denique *lex continuitatis* . Per principium rationis sufficientis hoc pacto leibnitiani argumentantur : invenio rationem sufficientem , ergo res esse potest . Non inventio rationem sufficientem ergo res esse non potest . Per alteram regulam post Stoicos & Brunum statuant res duas esse non posse omnino similes . Ovum ovo , per leibnitianos non est simile , nec lac lacti , nec suds sideri , nec Monas Monadi . Denique

que per legem continuitatis definiunt corporis transire non posse ab uno statu ad alium, quin omnes percurrat gradus medios possibiles. Ubi enim aliquos negligenter ferretur saltu. Hisce legibus quartam addidit Mau. pertuisius in specimine Cosmologiæ, eamque vocat *minime actionis*. Intelligit nempe praefatus Auctor naturam in suis functionibus impendere semper actionem omnium possibilium minimam. Ea itaque Metaphysicis expendenda relinquimus. Sed de regulis philosophandi hæc satis hactenus dicta sint.

Quid in experimentis conficiendis observandum, quidve cavendum?

16. Nunc de cautelis, & regulis experimentorum pauca dicamus, in arctum redigendo observationes illas, quas initar experimentalis Logicæ exhibuit Cl. Torbernus Bergman in Allocutione præmissa operulis physicis & chymicis eleganti comminatione adornatis a D. Morveauſio.

17. In inquisitione principiorum corpora constituentium judicare non debemus ex levi quadam analogia, quam habent cum aliis corporibus abunde cognitis; sed principia directe analysi separanda sunt, & synthesi confirmanda. Exemplo sit analogia

C

illa,

filla , quæ intercedere videtur aqueos inter vapores , & cætera corpora aeriformia , quæ sub nomine *Gas* , & factitii aeris veniunt , cum reapse inter se maxime discrepent . Dum enim aquæ puræ particulæ ad invicem separantur vaporum vel elasticorum , vel vesicularium , vel concretorum formam afflumentes : his iterum coalescentibus in pristinam aquæ formam redeunt . Secus autem substantiis aeriformibus evenit , quæ eamdem corporum , e quibus fuere educta , formam iterum nequeunt exhibere .

18. Ea experimenta instituenda sunt , quæ aptiora æstimantur ad veritatem detegendam : tum loci , temporis , cæterarumque circumstantiarum indoles expendenda .

19. In causarum pervestigatione a phænomenis sufficienter variatis , apteque observatis inchoandum ; atque a proximioribus causis ad remotiores per gradus ascendendum , ne errori & deceptioni aditus pateat , & pro Junone , ut est in adagio , nubes prensemus .

20. Si causa a phænomenis quoquomo- do indigitetur , hypothetice tamquam vera assumatur ; atque exinde necessariæ consecutiones deducantur , quæ deinceps separatim idoneis experimentis perpensæ , aut hypothesim confirmabunt , aut eam destruent .

Non

21. Non est aliorum experimentis acquiescendum ; sed eadem absque ullo partium studio , atque animi præoccupatione sunt iteranda .

22. Ad experimenta rite instituenda vitandi sunt errores sensuum , maximeque evavendum ne ab iis decipiamur . Complicandi itaque sunt sensus nostri , atque attente notandum an debiles a natura sint , vel aliquod vitium a morbo , aut causa extranea contraxerint , & an ex adjunctis circumstantiis perturbentur imprecisiones illæ , quas exteriora objecta in sensus faciunt ? Male profecto de atmosphæræ temperie , & gradibus caloris vel frigoris judicabit , qui æstivo tempore e profunda subterranea crypta prorumpat in aera liberum , vel qui se brili ardore æstuat . Hic communicat aeri caloris interni partem , illumque temperatum persentiet : alter calorem omnem ab aere recipiet , illumque calidissimum experietur .

23. Instrumenta denique in tentamini bus faciendis apta adhibeantur , a perito Artifice sint confecta , summaque industria fabrefacta .

24. Ex omnibus hisce accuratis regulis , & disertissimis legibus comperimus quam semitam calcare debeat Physicus Experimentator , dum ad rimanda phænomena ,

& explicandas Naturæ leges feliciter peruenire contendit. Rem totam clariorem redam exemplo deducto a corporum , graviumque descensu , quod proponitur a Cl. Viro Comite de la Cepede in suis institutionibus physicis , quodque iisdem plane verbis e gallica in italicam linguam traductis exhibeo .

25. „ Suppongasi che un Fisico vedà , cadere una pietra . Comincerà la serie , delle sue osservazioni con farla cader più , volte per assicurarsi della costanza del fenomeno . La farà cadere in seguito da , differenti altezze e misurerà la durata , della caduta , e ne conserverà i rapporti , che rileverà . Dividerà lo spazio , che la , pietra ha percorso , nelle differenti prove , e dividerà eziandio i tempi che ha , impiegato nelle diverse cadute . Cercherà il rapporto di queste divisioni , e dopo avere più fiate ripetuto la medesima , cosa deciderà per verità di fatto , che , allorachè la pietra cade il suo moto si accelera , e che i tempi della sua caduta , sono constantemente come la radice quadrata dell' altazza dalla quale discende .

26. „ Considererà in seguito altri oggetti della medesima natura , e ravviserà , che un moto accelerato simile a quello della pietra è sempre prodotto da una for-

, za

„ za costante , che si esercita in tutti l'.
 „ istanti , e quindi conchiuderà , che la
 „ sua pietra è spinta in giù verso la terra
 „ da una forza che opera constantemente .
 „ Passerà quindi ad osservare la durata di
 „ codesto fenomeno , e rileverà che la pie-
 „ tta percorre quindici piedi in circa di
 „ spazio in un minuto secondo di tempo .
 „ Dopo di avere ripetuta più volte la me-
 „ desima esperienza a pianterreno , e quasi
 „ a livello dell' orizzonte salirà egli sopra
 „ diverse altezze , e vedrà constantemente
 „ cadere la pietra verso la terra . Calerà
 „ nelle mine le più profonde e si accorge-
 „ rà che la caduta della pietra averà sem-
 „ pre luogo : d' onde conchiuderà che la
 „ forza che spinge la pietra non è ristretta
 „ a un certo punto , o ad una certa distan-
 „ za dal centro del globo terrestre , ma che
 „ ella agisce in una notabile estensione
 „ di spazio si in alto che in basso . In co-
 „ desta esperienza però vi ravviserà qual-
 „ che piccola differenza . Allorchè avrà
 „ fatto l' esperimento da un' altissima Tor-
 „ re o dalla cima di una montagna si ac-
 „ corgerà che la pietra non ha percosso
 „ esattamente lo spazio di piedi quindici
 „ in un minuto secondo ; ma qualche linea
 „ di meno , ed al contrario qualche una di
 „ più nella profondità della mina . Il Fisi-

„ co

„ co sperimentatore averà presenti codeste
 „ differenze osservate , e misurerà esatta-
 „ mente stie altezze sulle quali egli è salito,
 „ come le profondità ove egli è calato .
 „ Quindi ripeterà le sue esperienze a diver-
 „ se altezze , e verrà a conoscere che la ve-
 „ locità della caduta si accresce a misura
 „ che più si accosta al centro del globo . D'
 „ onde conchiuderà che la forza che spinge
 „ la pietra è in ragion diretta della vici-
 „ nanza al centro della terra . E parago-
 „ nando più attentamente le diverse altez-
 „ ze , cioè a dire le diverse distanze da que-
 „ sto centro , e le diverse velocità della pie-
 „ tra , si accorgerà che la velocità si aumen-
 „ ta precisamente quanto si diminuisce il
 „ quadrato della distanza , che vale a dire
 „ in ragion reciproca della medesima , e che
 „ è soggetta a una forza la di cui intensità
 „ cresce secondo codesta legge . Quindi ram-
 „ massando tutti i rapporti , che egli averà
 „ osservato in codeste differenti cadute del.
 „ la pietra , conchiuderà come verità di un
 „ fatto , che la sua pietra è spinta da una
 „ forza che opera constantemente a tutte
 „ l' altezze alle quali egli ha potuto arri-
 „ vare : che si accresce in ragione imver-
 „ sa della distanza dal centro della terra
 „ ed in ragione inversa del quadrato di
 „ codesta distanza . Prenderà quindi in con-
 „ si-

s, fiderazione tutte le parti , che compon-
 gono codesta pietra , le dividerà , le smi-
 nuzzerà , e le farà cadere da varie altez-
 ze . Codeste parti produrranno il medesimo
 fenomeno con un solo divario , che
 si vedranno cadere con la medesima ve-
 locità . Quindi per venire in chiaro della
 differenza del fenomeno le farà cadere
 nel vuoto della Macchina Pneumatica ,
 ed allora le vedrà tutte egualmente di-
 scendere con la medesima velocità , o siano
 grandi , o picciole le particelle nelle
 quali è stata la pietra divisa . Da ciò rile-
 vera che l' Aria è un mezzo resistente
 che può inegualmente alterare la forza
 di gravità della pietra , e che tolta la re-
 sistenza del mezzo , ella è realmente u-
 guale in tutte le parti di qualunque
 natura elle siano , di qualunque volume ,
 e sotto qualunque figura ci si presentino .

D' onde conchiuderà che la forza , che
 opera constantemente sull' oggetto delle
 sue esperienze , non dipende ne dalla na-
 tura della pietra , ne dal suo volume , ne
 dalla sua forma , ma che è sempre costan-
 te e proporzionale alla materia de' corpi .

27. Cercherà finalmente il Fisico di pa-
 ragonare queste medesime conseguenze
 e questi gran fatti con qualche gran ri-
 sultato , e si trasporterà colla mente ad

„ ap-

„ applicarli alla Luna , e ragionerà in
 „ questa maniera . Se la medesima forza che
 „ sulla superficie delle terra fa percorrere
 „ ai corpi gravi cadenti 15. piedi in 1", e
 „ che si diminuisce come si aumenta il qua-
 „ drato delle distanze , sienderà la sua azio-
 „ ne fino al globo della Luna , allora se la
 „ Luna dovesse soltanto obbedire alla legge
 „ della gravità e piombare verso il centro
 „ della terra , percorrerebbe attesa la sua
 „ distanza dal medesimo centro non già
 „ piedi 15. ma soltanto una ventesima di
 „ pollice in 1". Sul qual fondamento cal-
 „ colò il Newton , che un corpo , il cui pe-
 „ so sulla superficie della nostra terra fosse
 „ 3600. libre nou peserebbe che 1. libra
 „ sola nella Luna ; la cui distanza dalla
 „ terra è di 60. semidiametri terrestri ; e
 „ quindi che il detto corpo lasciandosi di là
 „ liberamente cadere , sul bel principio del
 „ suo movimento discenderebbe per tanto
 „ spazio in un minuto primo , quanto ne
 „ scorrerebbe in vicinanza della terra nell'
 „ intervallo di un secondo .

27. Hactenus Cl. Vir : in quo quidem sche-
 mate, velut in nuce iliadem, collectas, atque
 executas conspicimus leges omnes & regu-
 gulas, quas in experimentis, & observa-
 tionibus consciendis ex Newttono, & Berg-
 manno superius explanavimus .

SE-

SECTIO PRIMA

IN QUA
DE CORPOREARUM
RERUM PRINCIPIIS,
EARUMQUE ORIGINE DISPUTATUR.

Tum generalium Corporis proprietatum, Attractionum, Affinitatum, & Gravitatis universalis phænomena, ac leges observationibus & experimentis confirmantur.

CAPUT PRIMUM

Exhibentur de Corporum compositione mechanica principia.

I.

Corpore vecamus entia illa, ex quibus Mundus adspectabilis constat, quæque sensus nostros diverso pacto afficiendo varias in mente ideas excitare valeant.

D

Scho-

Scholion.

II.

Ridendi omnino sunt ii Philosophi , qui corporum existentiam in dubium revocant . Renatus Cartesius primus extitit , qui dum studiose eam probare conatus fuit , dubiam fecit . Franciscus Nicolaus Malebranchius eam probatu adnодum difficilem asseruit , & divina tantum fide constare contendit . Petrus Baelius , qui scepticismum amba- bus ulnis in suo Dictionario critico am- plectitur , ut illam confirmaret Malebran- chio adhaesit . Tandem Idealistae , Georgium Berkleyum sequuti , aperte corporum exi- stentiam oppugnarunt , statuentes præter Deum , Mentes a Deo factas , & Ideas ni- hil esse reliqui in Universo . Non est no- bis animus hñjusmodi controversiam ad in- cudem revocare . Namque id certi suppo- nimus , evidētia saltem sensum , quæ licet mathematica sit minor , ejusmodi ta- men est , quæ certitudinem exæquat , con- stare corporum existentiam . Videsis Lo- kium lib. 4. Cap. 2. de Viribus intellectus hu- mani , & Arnaldum de veris & falsis ideis , qui octo affert pro corporum existentia de- monstranda argumenta . Consule etiam Di- ctio .

ctionarium Encyclopædicum Art. Corpſ. & Eulerum Tom. 2. Epifolarum ad Viraginem Germanie Principem Epift. 97.

III.

Sunt corpora omnia entia composita : Principia igitur habeant necesse est , five substantias simplices , quæ in alias irresolvibiles sint , & ex quarum coalitu corpora resultent . Substantias hæc simplices principia corporum appellamus . Hæc autem alia vocantur *Mechanica* , alia vero *Chymica* . Nihil enim hic moramur Pythagoræ *Numeros* , Platonis *formas plasticas* , & Aristotelis *principia* , quæ inutiles [tricas , & fenticeta in scholis exhibuerunt solo acumine pungente conspicua . Inter Mechanica vero & Chymica corporum principia hoc intercedit discriminis , quod Chymia simplicitatem principiorum considerat solum relate ad suas operaciones , & analyses : quo sit ut substantiæ illæ , quæ in corporum analysi ultimo prodeunt pro principiis in Chymia habentur . Physici vero ulterius suas indagini prosequentes in ipsis chemicis principiis componentes primigenias particulas investigant ; idemque præstant in chemicis cor-

porum principiis, quæ Chemia in corporibus naturalibus.

*Quid de principiis corporum mechanicis
ingenierit Cartesius.*

IV.

Inter Mechanica corporum principia numerari primo loco possunt ea, quæ ex cogitavit Cartesius. Supponit Vir Clarissimus Deum in principio Mundi materiam omnem, ex qua corpora essent oritura, homogeneam creasse, & in partes præter propter æquales, magnitudine mediocres, ac figura cubicas divisiſſe, ut scilicet spatiū continuum repletrent, omneque vacuum, quod in Cartesiana Philosophia impossibile est, perfecte excluderent. Particulæ hæc actæ fuerunt motu dupli, altero rotationis circa proprium axem, altero circumgirationis circa commune aliquod centrum. Centra varia fuere: hinc omnis congeries particularum cubicarum vortices varios constituit. Particulæ ita motæ sibi invicem occurrentes fractis angulis ex cubicis sphæricæ evaserunt; cubus enim contritis angulis in sphæram convertitur. Ex hac angulorum ruptura ortum habuit triplex Cartesii elementum, five-

tri-

triplex genus particularum materiæ Universi-
sum constituentium. Materies enim sub-
tilissima, quæ ex attritu illo angulorum
prodiit, primum elementum a Cartesio
appellatur; partes globosæ, in quas cubi
conversi fuisse, sunt secundum elementum.
Tandem crassiora ramenta, quæ pariter ex
disruptis cuborum angulis prodierunt,
tertium elementum constituunt. Tria hæc
elementa suas habent proprietates. Ete-
nim materia primi elementi subtilissima
ponitur, rapidissimo motu agitata, nullius
figuræ tenax, omnis capax. Talis est ma-
teria lucis & ignis. Secundi elementi ma-
teries sphæricam figuram habet, vortices,
que constituit; cumque perpetuo circa com-
mune centrum revolvatur, perpetuo pari-
ter quælibet ejus particula circa proprium
axem movetur. Tandem materia tertii e-
lementi crassa est, motui inepta, & varia
figura prædicta, præsertim vero striata. Ex-
tribus hisce elementis omissa mundi cor-
pora hac lege formata fuisse contendit Car-
tesius. Materia primi elementi ad vorticem
centra confluxit, & corpora sphærica
in quolibet vorticis centro constituit. Por-
ro corpora hæc lucida sunt ob perennem
particularum suarum agitationem. Talia
sunt Sol, Stellæ fixæ, & ad eam classe
pertinebant pariter primis temporibus Tel-
lus.

Ius , & Planetæ , nec non Cometæ . Globuli secundi elementi vortices constituentes circa corpora pellucida modo memoria , æquipollentibus viribus perpetuo se cohident . Materia denique tertii elementi partim inter globulorum interstitia , partim ad vorticum circumferentias delata fuit . Hinc crassa hæc materies in superficie quorundam corporum a primo elemento efformatorum paulatim crustam quamdam producere cœpit , cui deinde alia , & alia successit ; ideoque corpora illa , immine amissio , actioneque materiæ primi elementi cessante , a vicinis vorticibus una cum vortice proprio absorpta fuerunt . Accidit hoc primum Lunæ , & Satellitibus Jovis , & Saturni , qui a vicinis vorticibus Telluris , Jovis , & Saturni fuerunt absorpti . Verum cum Saturnus , Juppiter , Mars , Venus , & Mercurius , qui lucidissima erant Sidera , crusta obducti fuissent , a magno Solis vortice rapii fuerunt , a quo nunc etiam in gyrum deferuntur . Idem etiam accidit Terræ , quæ ex sola materia primi elementi conflata vastum vorticem circa se habuit , in cujus centro consistebat . Sed cum particulæ striatæ , aliæque non minutissimæ minutiae eidem mutuo adhærerent , primo maculas opacas in Terræ superficiem genuerunt , quarum aliquæ per

cæ.

œlum vicinum diffusæ magnam aeris & ætheris molem sucessu temporis composuerunt, novisque superadditis maculis, & vi vor-ticis Terram continentis imminuto tandem ipsa Terra una cum maculis. & toto aere quo involvebatur, in aliud majorem vorticem in cuius centro est Sol, delapsa fuit.

Exponitur Newtoni opinio de principiis corporum.

V.

Incomparabilis Newton primigenia elementa, ex quibus corpora omnia conflantur, putat esse particulas quasdam subtilissimas soliditate, duritie, & figura prædictas. Has porro particulas non modo duritie superare putat corpora omnia, quæ ex iis componuntur, sed & firmitatem & duritiem talem habere, ut nulla vis in Natura sit, quæ non superetur a duritie & resistentia harum partium; adeo ut istiusmodi partes veræ sint atomi, seu partes non ultra secabiles. Sunt itaque primigeniae Newtoni particulæ veluti unitates solidæ a Deo creatæ, ut integræ semper, ejusdem Naturæ & texturæ manentes, nec detritæ umquam, nec comminutæ naturarum eamdem semper conservent, & cor-

pō-

pora Universi ejusdem semper indolis componant. Primigeniis istis particulis spatio. la vacua interjecta supponit, iisque tres vires adscribit veluti necessarias ad Universi explicanda phænomena: nempe vim inertiæ, qua materia nititur suum statum servare, nisi a viribus impressis illum mutare cogatur: vim attractionis, qua corpora ad certam distantiam se mutuo petunt, & vim repellentem, qua corpora aucta distantia se mutuo refugiunt; unde originem trahunt Gravitatio, Coherentia, Fermentatio. nes, aliaque phænomena, quæ in Natura obseruantur.

Scholion.

VI.

Systema hoc, quod corpusculare, & atomisticum nuncupatur, quodque Democriti, Leucippi, Epicuri, & Lucretii Cari ex Anterioribus scholas occupavit, & Gassendi laboribus fuit deinceps castigatum pene inumeros nactum est Sectatores. Nec solum Newtonus huic systemati adhaesit; sed & Galileus, Boeraavius, Porta, Leibnitius, Volphius, & Rogerius Boschovich. Id solum discriminis est inter horum Philosophorum placita, quod Newtonus non ideo

ideo indivisibiles ponat particulas primigenias, quod particulis aliis non constent; cum revera ex ejus mente aliis minoribus sint conflatae, & haec rursus aliis & aliis usque in infinitum; sed quod ita cohærent illæ particulae, quæ atomos primigenias constituunt, ut nulla vis tanta in Natura sit, quæ cohærentiam memoratam scindere possit; adeo ut eamdem hodie texturam habeant, qualis in Mundi exordio habuerunt. Leibnitius vero & Volphius atomos molis ideo putant in minora corpuscula irresolubiles, quod constent substantiis simplicissimis, inextensis, vi solum activa praeditis; quas substantias Monades, & atomos Naturæ vocant. Hujusmodi Monades volunt inter se prorsus dissimiles; adeo ut neque per Dei omnipotentiam possit una Monas esse alteri perfecte similis, ut in qualibet contineantur ultimæ rationes sufficientes eorum omnium, quæ in corporibus deprehenduntur,

VII.

Boschovich vero hujusmodi primigenia Elementa putat esse puncta quædam simplicia, & inextensa, homogenea tamen, ac in omnibus similia, in quibus nec figura, nec magnitudo locum habent. Haec

E

Ele-

Elementa per laudatum Virum prædicta sunt viribus attractivis & repulsivis, quibus ad accessum vel recessum determinantur: attractivis quidem in magnis distantiis, repulsivis vero in minimis. Harum virium legem exponit per curvam regularem, cuius Abscissæ exprimunt distantiam duorum punctorum, & Ordinatæ vires repulsivas & attractivas, prout ad unam vel ad aliam axis partem jacuere. Quia vero de crescēte in infinitum distantia elementorum, in infinitum augetur vis repellens, hinc mathematicus corporum contactus est omnino impossibilis, tantumque physis five apparens in hujus Auctoris sistmate est admittendus. Igitur puncta corpus componentia aliquo semper intervallo distare debent per extensum spatiū; ac propterea, licet inextensa, corpus tamen extensum constituere arbitratur ratione extensi spatiī, per quod disposita sunt. Tandem ex viribus per vices agentibus, in variis attractionis, & repulsionis limitibus, corporum derivat cohærentiam, fluiditatem, aliasque affectiones.

Quid

*Quid Needamus, & Comes de Buffon
sint opinati?*

VIII.

Thomas Needamus Anglus, & Comes de Buffon Clarissimorum virorum par egregium nova de mechanicis corporum principiis systemata proposuerunt, quæ Philosophos omnes in admirationem traxerunt. Et Needamus quidem statuit corpora omnia coalescere ex substantiis simplicibus, quarum una extra alteram sita, diversimode operatur; atque ex his ratione diversa comparatis oritur omne corporum genus. Duplicem vero vim in hisce substantiis seu agentibus simplicibus agnoscit: expansivam nempe & resistentem, quæ sibi mutuo aliqua ratione attemperatae triplex Naturæ regnum constitutunt: nimirum minerale, vegetabile & animale. Si vis resistens superet expansivam, lapides oriuntur, Metalla, salia, Terræ, & omnis materia iners. Cum vis resistens gradatim superatur a vis expansiva, vegetantia nascantur, scilicet Plantæ. Ac tandem si expansiva vis ulterius augeatur, animalia producentur, quæ spontaneo motu feruntur. Resistentia itaque & Expansio diversimode combinatae sunt

E 2

agen-

agentia illa simplicia , ex quibus corpora omnia producuntur . Si in Natura sola es- set vis expansiva absque resistenti , mate- riæ particulæ absque ulla unione in sphæ- ram infinitam evolarent . Si sola esset vis resistens absque ulla vi expansiva , materia universa , vel in massam densissimam abiret , vel extensione orbata forsan ad unicum punctum redigeretur . Ut prælaudatus Au- ðor duplicem hanc vim in materiæ parti- culis existentem probaret , plurimas obser- vationes & experimenta initituit cum Buf- fono , Gueneau , Dalibardo , & Daubento- no . Longum foret experimenta illa & ob- servationes recensere , quæ in semine plu- rium animalium , in infusione & resolutione vegetabilium & partium animalium iteravit ; ex quibus conclusit duplicem hanc vim , re- sistentem nimirum & expansivam in particu- lis materiæ reperiri . Quæ quidem legi pos- sunt in Tom. i. Historiæ naturalis a Buffo- no editæ .

IX.

Iisdem experimentis & observationibus adhibitis Comes de Buffon suum de Cor- porum elementis superstruxit systema ab il- lo Needami plane diversum . Supponit ita. que prælaudatus Auctor generalem mate- riae

riæ divisionem esse in materiam organicam ,
 & materiam inertem ; adeo ut elementa
 corporum sint particulæ inertes & particu-
 læ organicæ . Præstat autem Virum hunc
 immensa eruditione pollentem audire . Un-
 „ individuo inquit cap.2. Non è che un tut-
 „ to uniformemente organizzato in ogni
 „ sua parte interiore , un composto d' una
 „ infinità di figure simili , e di parti simi-
 „ lari , una unione di germi , o di piccoli
 „ individui della medesima specie , i quali
 „ posson tutti svilupparsi nel modo stesso ,
 „ secondo le circostanze , e formare de'
 „ nuovi esseri composti come il primo . Esa-
 „ minando a fondo questa idea , scoprire-
 „ mo nei vegetabili , e negli animali una
 „ relazione coi minerali , di cui non ne a-
 „ vevamo sospizione . I sali , e qualcaltro
 „ minerale sono composti di parti fra loro
 „ simili , e simili ancora al tutto , che esse-
 „ compongono . Un grano di Sal marino è
 „ un cubo composto d' un infinità d' altri
 „ cubi , il che si può distintamente conosce-
 „ re col Microscopio , e questi piccoli cubi
 „ sono anch' essi composti d' altri cubi , i
 „ quali si veggono con un miglior Micro-
 „ scpio , e non si può dubitare , che le
 „ parti primitive e costituenti di questo
 „ sale non siano ugualmente tanti cubi d'
 „ una picciolezza , che sempre mai sfuggi-
 „ , rà

„ rà agli occhi nostri e anche alla nostra i.
 „ maginazione . Gli animali e le Piante ,
 „ che possono multiplicarsi , e riprodursi
 „ per via di ciascuna delle lor parti , sono
 „ corpi organizzati composti di altri corpi
 „ organici simili , le di cui parti primitive
 „ e coſtituenti ſono del pari organiche e fo-
 „ miglianti , e la loro quantità accumulata
 „ diſcernesi da noi cogli occhi , ma non
 „ poſſiamo ſcorgere le parti primitive , ſe
 „ non per via del raziocinio , e per via del-
 „ l' Analogia , che abbiamo ſtabilita .

X.

Aliis hypothefibus percenſendis abſtineo ,
 vel quod oblectationis cauſa , & veluti per
 jocum excogitatas eſſe videam , vel quod
 in mera novitate vocabulorum conſtant .
 Jam vero quod de adductis ſententiis ſit ju-
 cium ferendum breviter exponamus .

XI.

Et primum quidem cartesiana vorti-
 cum hylothesiſ quam parum veriſimilis ſit ,
 quantiſque diſcultatibus obnoxia confeſſi
 colligemus , ſi vel curſim percenſeamus prin-
 cipa , quibus inadifticatur , quæque fronti-
 bus adverſis inter ſe pugnant . Materiæ e-
 nin

nim circumgiratio , angulorum disruptio
 triplicis elementi ortus nullo pacto sine spa-
 tio intermedio concipi possunt . Hoc au-
 tem spatium in cartesianâ Philosophia im-
 possibile est . Præterea vortex ille , qui
 inexplicabili velocitate rapit terram circa
 axem ab Occidente in Orientem , in eadem
 cartesianâ hypothesis eadem materia vorti-
 cis eodem tempore æquali velocitate cir-
 cum terram volvitur a polo ad polum :
 quod quidem concipi non potest , quin alter
 hic motus æqualis vel destruat omnino mo-
 tum primi vorticis , vel cogat materiam
 vorticis describere diagonalem parallelo-
 grammi ex duabus directionibus facti jux-
 ta leges compositionis & resolutionis mo-
 tus ; in quo quidem casu gravia non cade-
 rent in superficiem terræ per lineam ad sen-
 sum perpendicularem , sed eidem superfi-
 ciei obliquam . Nec omitendum , quod Co-
 metæ cum in ipsas Planetarum regiones sæ-
 pe descendant per lineam quo ad sensum
 rectam usque ad Solem , iterumque eadem
 ratione redeant , deberent in sui descensu
 pervadere vortices Saturni , Jovis , Martis ,
 Veneris , Mercurii , & in adscensu eosde[m]
 vortices contrario ordine transire . Concipi
 autem nequit , quod Cometæ isti , dum enu-
 meratos Planetarum vortices perneant , ab
 eisdem non impediatur , vel ab eorum vor-

ti

ticius non absorbeantur. Denique vorti. cuin theoria aduersatur binis illis Keplorianis legibus , quibus totum systema cœleste innititur . Ex legibus enim Kepleri Planetæ circa Solem describunt areas temporibus proportionales , & tempora suarum revolutionum sunt ut radices quadratæ cùborum distantiarum . Si vero Planetæ in vorticibus circa Solem rotarentur , velocitas singularum superficierum vorticis solaris non esset reciproce ut radix quadrata cubi distantiæ , sed ex doctrina virium centralium esset reciproce ut distantia ejusdem superficie a centro . Quæ singula evidenter demonstrant vorticem hypotesim nullo modo conciliari posse cum phænomenis corporum tam cœlestium quam terrestrium ,

XII.

Quod spectat vero ad systemata Nec-dami & Comitis de Buffon ego quidem sic censeo , viris istis de Republica litteraria præclare meritis gratias ingentes habendas esse , quod tot observationes & experimenta confecerint ad intimius perscrutandam naturam Vegetantium , & Animalium , atque tutius exponendam eorum generationem , & nutritionem . Verum eorum hypotheses amplexari nequimus , quas ex principiis ima-

imaginariis ortas cognoscimus. Erenim quod spectat ad Needamum illud advertere possumus omnia experimenta omnesque observationes adhibitas tanti ponderis non esse ut cordatum Philosophum cogant ad recessendum a communibus naturæ viribus iam abunde demonstratis. Compertum est darum in natura vim inertiae ortam ex massa ipsa corporis. Dantur etiam vires insitæ gravitatis universalis, attractionis, elastica vis, electricitas, aliæque naturæ vires, quæ ad omnia phænomena explicanda sufficiunt, quo ad novas istas vires resistenter nimirum & expansivam confugere tempeamur, quæ reapse nil aliud sunt, nisi effectus illarum virium, quas modo enumeravimus.

XIII.

In systemate vero Comitis de Buffon nugas Anaxagoræ, ejusque somnia nova veste induta in lucem revocata videntur. Anaxagoras enim corpora quælibet ex similaribus particulis composita censuit: neinpe singulas rerum species ex ejisdem speciei propriis elementis coagmentari: nimirum ossa fieri ex minutis ossibus, sanguinem ex coeuntibus sanguinis guttulis, aurum ex aureis micis: harumque simila-

F rium

rium partium semina in omnibus corpori-
bus recontit. Hinc particularum si nilitu-
do homœomeria (*Ομοιμερία* ab ὁμός similis
& μέρος pars) omnium vero disseminatio per
quilibet corpora *Panspermia* ab eodem vo-
cabatur. Haud secus Comes de Buffon cor-
porum elementa in particulas rudes, mor-
tuas seu inertes, & particulas organicas di-
stinguens, afferit corporum compositionem
oriri a magno similarium particularum nu-
mero; atque inertia corpora seu minera-
lia esse compositum quoddam ex particulis
eiusdem omnino naturæ & figuræ; adeo ut
salia e. g. dum per Microscopium observa-
ta cubicam vel quadrangularem figuram
ostendant, quælibet eoruendem salium par-
ticula ex aliis eiusdem figuræ moleculis
componi debeat, quæ per seriem decrescen-
tem usque in infinitum myriades molecu-
larum salinarum eiusdem figuræ & naturæ
contineant. In vegetantibus vero corpori-
bus & animalibus quodlibet individuum
putat compositum infinitis similaribus par-
tibus organicis, quas in alimentis insita i-
putat, ut iis nutriti, augeri, & generare
viventia possint.

XIV.

„ Noi siam d' opinione, inquit Clas.
„ ris.

„ rissimus Vir , che le parti simili al tutto
 „ pervengano al corpo organizzato per via
 „ della nutrizione , e a noi pare che in
 „ virtù di quanto abbiam detto , si possa
 „ concepire la maniera , con cui esse v'ar-
 „ rivino , e colla quale le molecole organi-
 „ che , che debbon formarle , possano ri-
 „ nirsi .

XV.

„ Nella nutrizione si fa , come ab-
 „ biam detto , una separazione di parti ;
 „ quelle che non sono punto analoghe all'
 „ animale , o al vegetabile vengono espul-
 „ se fuor del corpo organico per mezzo
 „ della traspirazione , o per qualch' altra
 „ via escretoria ; quelle poscia che sono or-
 „ ganiche sen restano , e servono allo svi-
 „ luppamento , e alla nutrizione del corpo
 „ organizzato , ma in queste parti organi-
 „ che vi debb' essere molta varietà , e vi
 „ debbon essere diverse specie di parti or-
 „ ganiche le une dell' altre differentissime
 „ e siccome ciascuna parte del corpo orga-
 „ nizzato riceve le specie , che più le con-
 „ vengono , e in numero , e in proporzione
 „ assai eguale ; così egli è naturale l' ima-
 „ ginare , che il superfluo di questa mate-
 „ ria organica , la quale non può penetrare

se le parti del corpo organizzato , perchè
 han ricevuto quanto potean ricevere , sie-
 no da tutte le parti del corpo cacciate in
 uno o più ricettacoli comuni , dove tut-
 te queste organiche molecole ritrovandosi
 adunate formino dei piccioli corpi orga-
 nizzati somiglianti al primo , e ai quali
 non manchino che i mezzi per sviluppar-
 si ; impercioschè tutte le parti del corpo
 organizzato cacciando da se delle parti
 organiche simili a quelle di cui son elle-
 no medesime composte , egli è forza che
 dalla unione di tutte queste parti ne ri-
 sulti un corpo organizzato simile al pri-
 mo : ciò ritenuto non si può egli dire
 esser per questa ragione , che nel tempo
 dell' accrescimento , e dello sviluppanen-
 to de corpi organizzati , non producono
 che scarsamente , poichè le parti , che
 sviluppano , assorbono l' intera quantità
 delle molecole organiche , che loro son-
 proprie , e che non vi essendo nessune
 parti superflue , non ve n' ha neppur di
 ripinte da ciascuna parte del corpo , e
 in conseguenza non si dà alcuna riprodu-
 zione .

XVI.

Ex ipsa itaque utriusque hypothesis
 col-

collatione & comparatione satis constat Comitem de Buffon ex Anaxagoræ scriniis suum systema huius & adeo verum est quod Jacobus Brucherus in Miscellaneis historiæ philosophicæ observat . Multa dogmata , quæ novitatis speciem præferunt , antiquioribus deberi magistris , radicesque ante ista , quibus tamquam recens nata venu- duntur , tempora egiſſe .

Scholion .

XVII

Plutarcus de Plac. I. 1. cap. 3. descri-
bens Anaxagoræ sententiam : sane , inquit ,
cibum sumimus simplicem atque uniformem ,
ut cum pane vescimur & aquam bibimas ;
illo tamen alimento nutritur crinis , vea ,
arteria , nervi , ossa , omnes denique partes ,
quæ cum fiant fatendum est in alimento
istas omnes naturas inesse , singulisque sin-
gula augeri . Quas similares partes alimen-
to infitas , ut inde nascentibus sit primor-
dium , Homæomerias , quasi similarium fe-
mina partium appellavit ille , & rerum prin-
cipia esse dixit . Legendi etiam Stanlejus
in Anaxagora cap. 2. Sect: 1. , & Lucretius
Carus de rerum Natura lib. I. ubi Anaxa-
goræ Homæomeriam a versu 830 & dein-
cep-

ceps elegantissime describit, & magna argumentorum copia refutat. Duo autem sunt validiora argumenta, quibus Anaxagoram urget. Nam primo partes illae similes corpora constituentes ejusdem omnino naturae essent cum toto, atque aequo obnoxiae interitui ac totum ipsum, quod corruptioni est obnoxium. Non itaque esse poterunt prima corporum mechanica principia, quae nequeunt viribus naturae interire & desirui.

Imbecilla nimis (inquit Lucretius) primordia fingit

Si primordia sunt, simili quoque præditæ constant

Natura, atque ipsæ res sunt; aequaque laborant

Et pereunt, neque ab exitio res ulla refrenat.

Præterea si particulæ, quibus nutriuntur & augentur nostra corpora, ex partibus organicis & similaribus constare deberent, oportet etiam fruges minutæ cum vi lapidis molaris franguntur, sanguinem, nervos, cœlum; venas, qualia in nostro corpore nutriuntur emittere: similiter etiam oportet herbas, dulces humoris guttas, simili-que sapore mittere, lanigeræ quali sunt ubi-

ra lactis. Quoniam vero nil tale appareat manifestissimum erit, non extare in rebus partes istas similares vel inertes vel organicas, ex quibus corpora componuntur, nutritiuntur, & reproduci possunt,

XVIII.

Missis itaque Cartesianorum vorticis nugis; nec ullo modo abrepti a fucatis & lenocinantibus Needaini, & Buffonii hypothesisibus, dum nil melius occurrit, cum Newtono putamus corpora omnia conflata esse particulis primigeniis tam perfecte duris, ut nec deteri possint umquam, neque comminui. Nec adeo ulla in consueto Naturae cursu vis sit, quæ id in plures partes dividere queat, quod Deus ipse in prima rerum fabricatione unum fecerit. Et sane si particulæ illæ deteri aut comminui possent, jam futurum sane esset, ut rerum natura, quæ ex iis pendet, immutaretur. Hinc Aqua, & Terra ex particulis imminutis, & detritis particulatum fragmentis compositæ non utique eamdem hodie naturam texturamque haberent, quam in Mundi exordio habuere. His accedit, quod nulla dentur nova corporum genera, sed eadem semper producantur. Erunt ergo in corporibus primigeniæ mole-

Jeculæ immutabiles , quæ naturæ faciante stabilitatem . Quo enim partium corporum divisio & numerus crescit , eo crescit numerus combinationum earum , & quo numerus combinationis crescit , eo crescit & diversitas corporum ex combinationibus illis prodeuntium . Cum ergo determinata constansque sit corporum in Universo diversitas , corporum partes nonnisi ad certam quamdam tenuitatem dividiri poterunt ; illudque primum , quod corporibus dat principium , immutabile debet esse , & irresolubile viribus Naturæ .

XIX.

Ex particulis hisce primigeniis corpora omnia a Deo Optimo Maximo conslata fuisse sive cœlestia sive terrestria idem Newtonus apte concludit ; & cœlestia quidem in Planetas , sidera inerrantia & Cometas dividit , terrestria vero corpora in tria Regna partitur : lapideum scilicet , vegetabile , & animale . Nomine vero lapidei Regni intelligimus corpora congesta , quæ nec vivunt nec sentiunt : vegetabilis vero Regni nomine veniunt corpora organica , quæ crescunt & vivunt , & vi machinantis & humorum motu in suis vasis determinatos producunt effectus . Quæ denique cre-

crescunt, vivunt, & sentiunt animalia vocabus. Triplici isti Regno reduci commode possunt Regnum etiam marinum & aereum; quamvis non desint, qui cum Maquero ad duas tantum classes corpora omnia terrestria reducant; ad fossilia nempe & organica, & memoratam divisionem trium Regnum communiter receptionem reiiciunt,

XX.

Quomodo vero cœlestia & terrestria corpora fuerint in prima sui origine a Deo fabrefacta? quæ primigenia corporearum rerum facies? quæ Cosmogonia? plurimi doctissimi Viri explicare aggressi sunt, & variis opinionum portentis inlustrare, quod sequenti capite constabit.

C A P U T II.

De corporearum rerum origine.

XXI.

Limites satis arcti, quibus in hisce elementis constringimur, atque instituti ratio obstant, quominus omnia antiquissimorum Populorum figmenta circa Mundi originem recenseamus; & quæ Persarum;

G

In.

Inaorūm , 'Serum , Arabum , Æthiopum ,
 Ægyptiorum , Phænicum , Thracum de or-
 tu corporearum rerum opinio fuerit exacto
 criterio & acumine philosophico explanare
 & excutere . Legendi sunt præ cæteris Bru-
 kerus , & Genuensis , qui priscarum Gen-
 tium Cosmogoniā eruditissime descripsē,
 runt , ex quibus Cl. Viris illud aperte col-
 ligitur totam Cosmogoniā , quam peran-
 tiqui isti Populi adoptarunt vel rudein
 crassamque superstitionem præferre , vel ob-
 scurissimo & densissimo allegoriæ velo ob-
 ductam esse . Eas itaque dumtaxat opinio-
 nes paulo luçulentius expendemus , qua-
 rum maxime interest Sacræ Scripturæ , &
 Moysis narrationem de ortu Mundi sanctam
 testam , & incolumem servare ; atque in-
 eo dumtaxat incumbunt , ut quæ ex insti-
 tuto sub Genesis initio describuntur a Moi-
 se variis theoris , & interpretationibus a-
 dornent ,

Theoria Thomæ Burnet.

XXII.

Thomas Burnetus Anglus primus fui-
 se videtur , qui de Telluris theoria syste-
 ma condidit , atque illud cum mosaicæ nar-
 rationis veritate compenere fuit adnitus .

Ex

Ex ejus mente antequam Deus Tellurem
fabricandam adgredederetur, longe pridem
jam Planetas, Solem, Stellas fixas confla-
verat, suisque locaverat sedibus. Cum
vero ad opus terraquei globi devenit, in-
gentem prius materiae massam creavit in
particulas diversorum generum divisam,
quae nil aliud erat nisi rudis indigestaque
moles, & Chaos illud exhibebat, cuius
veteres ferme omnes meminerunt. Omnia
genis hisce materiae particulis motum in-
dedit, easque miscuit: in quo quidem mo-
tu sensim ponderosiores partes centrum
undiique convenere, nucleusque ibi maxi-
me solidum formarunt, qui paulatim in
metallum induruit. Aequilibrii leges, &
varia particularum specifica gravitas effecit
ut aquae particulae nucleum hunc undequa-
que cingerent, atque ingentia Maria, quae
abyssus a Mose appellatur efficerent. Dum
aqna globulum hunc tegebat ei superna-
tarunt partes pingues & olea, quae ab ae-
re undique sepiebantur. Cum tamen adhuc
aer levissimus particulis terrestribus inqui-
natus esset, sensim haec particulae per aerem
volitantes supra aquas, seu abyssum mo-
saicam infederunt: mollique primum pel-
licula, nox etiam densiori duriorique cru-
sta obduxerunt perfecte rotunda absque
ullis montibus & aquis. Crusta haec in su-

perficie plana fuit primigenia facies Telluris per sexdecim saecula ante Diluvium ab Hominibus habitata. In ea Aequator & Eccliptica paralleli erant circuli, perpetuumque Aequinoctium inducebant. Evaporationibus subterranei oceani, quae rorem efficiebant crassiorem, fontes atque rivuli placidi, & crystallini progignebantur, qui bus nutriebantur plantae, atque aurea illa Aetas erat, in qua.

*Ver erat æternum, placidiique tepentibus
auris*

*Muccebant Zephgri natos sine Jemine flo-
res.*

*Mox etiam fruges Tellus inarata ferebat
Nec renovatus ager gravidis canebat ari-
stis.*

*Flumina jam lactis, jam flumina nepta-
ris ibant:*

Fluvaque de viridi stillabant ilice mella.

Sed paulatim crusta illa Solis ardore rarefa-
cta, pluribus in locis rimis dehiscere disrum-
pique cœpit, & paulatim fatiscere. Hinc
crusta in varias scissa particulas in subje-
ctas aquas magna ex parte decidit, atque
omnium fere hominum exitio Oceano suc-
cubuit. Nam prorumpente ex utero abyssi
immensa vi aquarum, & profusis & dia-
tur.

turnis imbris ab atmosphæra demissis, noeticum Diluvium factum est, ex quo pauci illi mortales evaserunt, ex quibus humanum genus fuit reparatum. Hinc æquilibritas Telluris turbata, axis ejus inclinatus ad axim Ecclipticæ, Montes, proruptique scopuli exorti. Hinc insulæ, totusque ille Terrauei globi tractus, quem dicimus Europam, Asiam, Africam, & Americam, quæ omnia sunt veteris illius crustæ fragmenta. Atque hinc denique Terra eam induit faciem, quam modo exhibet, in centro ejus remanente primævo illo nucleo solidissimo, qui pro parte tegitur veteri abyssi, unde freta, subterranei lacus, & Maria emerserunt.

Theoria Willielmi Whiston.

XXIII.

Quæ in mosaica narratione de Mundi origine habentur ad nostram Tellurem tantum coarctat Whistonus. Putat itaque terraueum globum, prius quam in hanc formam effingeretur, ex cauda Cometarum fuisse factum, & Cometarum ritu ellipticam orbitam valde excentricam circa Solem descripsisse. Hinc debuit in suo periodico motu mox valde Soli approximari, mox ab

ab eo remotissimus fieri. Cumque plures Soli accessisset tantum excanduit, ut omnis materia, ex qua constituebatur, partim fluida evaserit, partim in vitrum & calcem fuerit redacta. Hæc quin geruntur, Tellus nondum circa axem suum agitata, circumacta tamen, utut informis, circum Solem annum suum cursum peragebat. Interim Omnipotentia Divina operi perficiendo incumbens orbitam terræ exquisitam mutavit in latiorem & minus excentricam; redactoque motu ad ordinatam æqualitatem, omnia proprium locum adepta sunt. In fine primæ revolutionis, aer rarer redditus est, cum crassiores particulae ab eo excernerentur, atque in mollem crustam dilaberentur: quo factum est, ut lux quædam suboscura & dubia ærem istum permearet, & primo die, qui primus fuit annus ex Whistonio, ut Moïses narrat, facta fuerit lux. Altero die, id est altero anno atmosphæra pellucidior atque illustrior reddita conspicendiā dedit expansionem illam, quam hebraicus Codex *rakiah*, latinus vero interpres *firmamentum* appellat. Tertio anno adeo crusta illa Maribus incumbens dura evasit, ut aquæ omnino tegerentur, videreturque Tellus undique æqualis, nullis nec montibus, nec vallibus, nec fluminibus, nec lacubus

pre-

prærupta ; atque ita , eodem Moise enarrante . apparuit *Arida* . Cumque quarta circa Solem Telluris revolutione aer perfecte defæcatus fuisset redditus , Stellæ & Planetæ apparuerunt , easque ideo quarta die factas ait Moises , Quinto anno Deus in maribus pisces , in aere volatilia creavit . Sexto tandem bruta & Homines , queis incolere tur Terra . Hæc de prima Mundi origine habet Whistonus . In cæteris autem , quæ ad Diluvium attinent , & Telluris mutationem ab universalī cataclysmo inductam , convenit cum Burneti theoria ; atque in eo solum discrepat , quod magnam illam aquarum colluviem , qua Terra cooperata fuit , repetit a canda cujusdam Cometæ , quæ propius ad Tellurem accedens Marium aquas omnes attraxit .

XXIV.

Difficile est in tantis fabularum ineptiis a Burneto & Whistono excogitatis definire quis eorum duumvirorum magis desipuerit . Hæc igitur , ut apposite inquit Antonius Genuensis , hoc argumento , eoque expeditissimo refellet Philosophus , quod nullum aliud habent fundamentum præter quam phantasie libidinem .

Theo-

Theorie Woodwardi, & Scheuhzeri.

XXV.

Joannes Woodwardus antequam Whistonus suam ederet theoriam, publici juris fecerat specimen naturals Historiae Telluris, quod postea sub titulo Geographia physicae iterum lucem aspexit. In eo putat longe diversam fuisse Telluris antediluvia. næ faciem, ab ea quæ post Diluvium apparuit. In prima Terraquei Globi origine aquæ sub Terræ cortice inclusæ latitabant, & mosaicam abyssum constituebant. Sed invecta in humanum genus corruptio causa fuit, quod Dei voluntate aquæ sub Terræ receptaculis conclusæ ab iis erumperent, Terramque universam inundarent. Hac ratione Tellus dissoluta fuit ne lapidibus quidem & metallis exceptis, solis testaceis & ossibus animalium integris permanentibus. Cum enim ex Woodwardo textura ossium animalium, conchilarum, crustatorum, & testaceorum sit fibrosa, ideoque colæren, tiam habeant diversam a metallis & lapidi bus, hæc omnia integra & intacta manse runt in aquis. Cessante Diluvio in abyssum iterum descenderunt aquæ. Super eas graviores terræ partes confederunt, stratum que

que denissimum efformarunt. Hoc stratum aliud exceptit minus ponderosum, deinde aliud leviores terræ partes efformarunt. Denique levissimæ terram fertilem, sive humum constituentes extimam Terræ crustam composuerunt. Hæc observationibus confirmare nititur in Anglia, & in aliis Regionibus captis, ex quibus deduci affirmat Tellurem variis horizontalibus stratis ad invicem superimpositis formatam esse, quæ naturalem ordinem specificæ gravitatis servant, in quibus permixta reperiuntur ea animalium spolia, quæ stratorum specificæ gravitati respondent. Præterea observat hæc eadem testaceorum, & corporum marinorum spolia, atque ossa animalium terrestrium, puta Elephantum per longos terræ tractus in illis regionibus reperiri, in quibus hujusmodi animalia non extant. Ex quo coniicere fas est ea Diluvii tempore ad illa loca fuisse delata.

XXVI.

Haud absimilem theoriam invexit Scheuzerius in Dissertatione, quam misit anno 1708 ad Accademiam Parisiensem, & cum Woodwardo præsentem terræ faciem repetit ab aquis universalis Diluvii, quibus terrestria omnia corpora fuere dissoluta. In

H

hoc

hoc tamen a Woodwardi systemate discrepat , quod subsidentibus aquis plura terræ strata ita fuerint elevata , ut exinde mones eruperint .

XXVII.

Licet plurima in theoria Woodwardi & Scheuhzeri assumantur observationibus consona , tamen eam a falsitate absolvere velle esset laterem lavare . Verum profecto est Tellurem nostram ex stratis esse compositam , falsum tamen est vel ea in directio- ne horizontali vel juxta gravitatem specificam corporum esse disposita . Si enim strata naturalem servarent ordinem gravitatis specificæ sub terra hortensi in iis locis , in quibus adest , inveniretur bitumen quod levius est aliis , inde cretæ stratum , & hoc exciperet marna , inde argilla , inde stratum arenæ , inde lapides , post haec marmora , & denique omnibus profundiora metalla existerent . Observationes autem nos condocent plerumque cretæ , arenæ , carbonis fossiliis , & bituminis stratis rupes & lapidosa corpora , quæ ponderosiora sunt superimposita reperiri , Præterea Telluris strata quandoque perpendiculari directio- ne , quandoque obliqua conspicuntur : quæ omnia fundamentale principium destruunt cui

cui Woodwardi systema inædificatur. Deinde illud adnotare sufficiat, quod narratio mosaica manifeste opponitur principiis a Woodwardo assumptis: quod nimurum Flumina & Montes a Diluvio originem repetere debeant, cum Sacræ Paginæ aperte testentur ante Diluvium quatuor Flumina e terrestri Paradiso erumpentia atque altissimos Montes Armeniæ, ubi Arca conquievit in superficie terræ extitisse.

Leibnitii Theoria.

XXVIII.

Leibnitius in Actis Lipiensibus anno 1683, & deinde in sua *Protogea*, sive tractatu de prima facie Telluris, quam in lucem edidit anno 1749 Ludovicus Scheid novam Telluris theoriam exposuit. Putat Vir Cl. Tellurem & Planetas omnes in sui prima creatione totidem Soles fuisse, qui lumen emittebant. Cum vero Deus divisit lucem a tenebris, Tellus & Planetæ omnes ex cocta & spumescente materia exurgentibus a fusione scoriis, fuere obducti. Excessu autem collectæ in superficie materiæ calor internus paulatim deferbuit, & crux animalium idonea reddita. Ut hanc Tel-

H 2

Iu-

Iuris per ignem mutationem demonstret ; adverdit totam ejus superficiem scoriæ adfamiliari debere , quæ fusa iterum post fusionem induruit . Hinc omnes terræ & lapides per ignem convertuntur in vitrum , & vitrum haberi debet veluti Telluris basis , sub cuius larva cætera terrestria corpora latent . Arenæ , atque fabula , quæ in Terræ visceribus inveniuntur , nil aliud sunt nisi fragmenta partium , quæ in vitrum redacta fuere . Partes Terræ , quæ volatiles erant , in altum primo elevatae igneam atmosphærā circa Tellurem efformarunt . Sensim vero æstu imminuto partes illæ in terram decidentes in aquam denuo conversæ fuere : quæ Terræ faciem abluentis cum salibus fixis commixtæ sunt , & veluti quoddam lixivii genus efformarunt , quod Mare produxit , eoque inferiora loca occupante , Terra arida tandem ex aquis emersit . Arenæ commixtæ aquæ , salibus , & particulis in calcem redactis ab igne , diversa illa strata constituerunt , quæ vitreum Telluris nucleus tegunt . Denique Telluris crusta , dum refrigeriebat , sese debuit contrahere , & bullas relinquere ingentes , quæ sub vastis fornicibus cavitates efformarunt , & varietate maxima inæqualiter subsidentes , ingentes illas massas produxerunt quas Montes appellamus Quemad-

madmodum vero in prima rerum origine
ignis corpora omnia in vitrum convertit ,
ita incendio extincto omnem Tellurem a-
qua demersam fuisse idem laudatus Auctor
censet , prout Sacræ Paginæ testantur , at-
que priscarum gentium monumenta & nar-
rationes fatentur . Hac ratione testacea ,
& plurima marina corpora in Montibus &
locis a Mare remotissimis fuere dejecta .
Vero simile autem esse putat hanc Telluris
submersionem atque universalem Cataclys-
mum evenisse , cum fracto Telluris fornice
ingentes massæ in subjectum ante aquæ in-
clusum Mare procubuere , quæ ab antris
expressæ supra montes exundarunt ; donec
reperto novo aditu in interiora Terræ vi-
scera remearunt , quidquid nunc siccum
cernitur deserentes .

XXIX.

Plurima a Leibnitio in prælaudata
theoria enarrantur , quæ veritati consona
funt & observationibus conformia . Pluri-
ma vero , quæ fabulas milesias comprehen-
dunt , quas recitasse idem perinde est ac
refutasse . Nam quæ de primigenia Telluris
facie ejusque origine docet , ea aperte fal-
sa sunt , meramque fabulam sapiunt , ut ex
ijs quæ contra theoriam Buffoni sumus dein.

ceps

ceps dicturi manifesto constabit.

Theoria Comitis de Buffon.

XXX.

Eximia profecto sunt merita, quibus III. Comes de Buffon Historiam naturalem sibi devinxit, atque id plane demonstrant Doctissimi Viri inexhaustæ diligentiae, labores, observationes, & scripta, quæ miram dicendi vim nativa, eloquentia, & vasta eruditionis copia conspicuam certissime præferunt. Illud vero maxime dolendum, quod in tanta ingenii doctrinæque venustate, atque ubertate, imaginationis fræna plerumque laxaverit, atque hypotheses insolentibus imaginibus, & saepius ad furorem usque artis poeticæ licentia vestitis voluerit adhibere: quod quidem luculentiter constabit ex iis, quæ de Systemate Mundi, ejusque ortu *in theoria Telluris*, & epochis naturæ congeffit. Supponit itaque Planetas omnes a Sole avulsos fuisse impetu Cometæ, qui oblique in Solem impingens, ex eo refegmina quædam, & fragmenta avulsit, quæ partem fere sexcentasimam quinquagesimam Solis constituebant. Erant fragmenta illa æque ac Solis massa ignita & liquefacta. Hinc attractionis vietem.

temporis progressu, in globos conformata
fuere, & sensim, lumine & fluiditate amis-
sa, in totidem opaca corpora abierunt.
Hoc fabulosi systematis fundamento præja-
cto, pergit nugari, atque opinatur, Omni-
potentem rerum Conditorem totam mun-
dialis machinæ genesis in duo intervalla
durationum divisisse, in quorum primo in-
formem materiæ massam lucemque creavit,
In altero vero in corpora varia juxta præ-
finitas naturæ & mechanices leges distin-
xit. Hæc autem temporis spatia, quæ ad
hanc conformatiōnem necessaria fuere, sunt
ex Buffonio dies, de quibus Sacer scriptor
loquitur, qui que totidem naturæ epochas
constituunt **ex pluribus annorum myriadi-**
bus conflatas. In prima itaque epocha,
Tellus & Planetæ omnes rotatione circa
proprium axim figuram sphæroideam de-
pressam obtinuerunt. Tellus, quæ prius
fragmentum erat massæ luminosæ Solis,
sensim amissæ lumine & fluiditate in soli-
dum corpus abiit, & dum paulatim refri-
xit, sese debuit contrahere, bullasque re-
linquere ingentes, quæ Montes primitives
produxerunt. Tempus ignitionis Terræ &
Planetarum omnium perduravit annis 2936,
dum interim ab ignitæ Telluris rotatione
emerserunt leviores quædam particulæ,
favillarum instar, quæ ad distantiam leu-
ca.

carum 85000 ob attractionis vim iterum coalitæ lunarem globum efformarunt. Inflammatione igniti hujus globi extincta, calor tamen ejusdem massæ serventissimus perduravit annis 34270, qui cum prioribus 2936 conflant annorum summam 37206, quibus Telluris globus adeo calidus erat, ut in eo viventia conservari nequirent. Interea vero Telluris globo a fluiditatis statu recedente, magisque semper solide. scente, partes aquosæ ob superficie glo. bi calorem in vapores elevari debuere, qui secum vixerunt partes terræ volatiles, quæ ope ignis in sublime evectæ fuere; adeo ut maria omnia in atmosphæra Tellu. ris, cum hujusmodi volatilibus terris repe. rirentur. Interea Telluris globus nil aliud continebat nisi congeriem substantiæ vitre. scibilis. Tum vero in hoc Telluris sceleto, veluti in reverberii furno elaborata fuere metalla, mineralia fixa, crystalli monta. næ, gemmæ, & silices duri, omniaque illa corpora, quæ ab ignis actione fusa per cumulos & venas intra Telluris strata di. posita reperiuntur. Hanc epocham tertia excepit. Cum Terræ Globus igne receden- te jam sufficienter tepefactus fuisset, aquo. sæ particulæ & vapores in atmosphæra su. spensi iterum in Tellurem relapsi sunt, & totam Terræ faciem cooperuerunt ad alti-

cu-

tudinem quingentorum , vel sexcentorum pedum . Vapores iti secum vexerunt partes terræ volatiles , quæ ope ignis in sublime fuerant evectæ . & hæ mixtæ cum materia vitrea , aut in calcem versa nova Terræ strata constituerunt . Hinc in fundo Maris Valles , Montes , & Voragine a depositione partium terrestrium aquis innatantium ortum duxere . Hinc eadem aridae Terræ superficies nil aliud prius extitit nisi fundus Maris . Cumque ex motu hujuscē Globi circa axem oriretur major vis centrifuga partium sub Äquatore , major etiam fuit ibi altitudo particularum a marinis aquis depositarum , ac proinde Montes præalti sub Äquatore producti . Hujus autem epochæ periodus est ab annis 35000 ad 50000. In hac autem quindecim mille annorum intercedidine , sensim tepefacto Telluris globo , quæ partes polares erant ex primum refrigerescere debuerunt ; atque ad hanc periodum redicenda videntur gigantea ea corpora , quæ de prima Mundi ætate sepius enarrantur . Tertiam epocham quarta secuta est . Immensa illa aquarum copia , quæ Telluris superficiem cooperuerat , secum etiam rapuit plurimas heterogeneas substancialias , quæ cum mineralibus per mixtæ pabulum Vulcanis & Montibus igni vomis suppeditarunt . Quippe substancialiæ

calcareæ ab aquarum Tedimine depositæ ,
 & quæ ab animalium , & vegetabilium in-
 teritu fuere productæ cum materia vitrea,
 in quam ab igne tota Tellus fuerat reda-
 cta , permixtæ , substantiis illis dedere ori-
 ginem , ex quibus vulcanoruin ignes suam
 repetunt genesis . Quartam Naturæ e-
 pocham sequitur quinta . In ea evenit præci-
 pue propagatio Elephantum in terris cir-
 cumpolaribus , quas Elephantes incolere
 cœperunt ; propterea quia ferventissimus
 Telluris calor ibi primum deferuit . Si i-
 taque viventium origini tribuamus quin-
 decim mille annorum spatium , in quinta
 annorum myriade Elephantes in terris cir-
 cumpolaribus vivere & multiplicari cœpe-
 runt : quibus postea sensim frigefactis eas
 defervere , & sub climatibus Zone torridæ
 convenientem sibi aeris calorisque tempe-
 riem repererunt . In sexta Naturæ epocha
 insigniores in Globo Terraquo mutationes
 & vicissitudines evenere . Montes superim-
 positi , rupes divisæ & disruptæ , integra
 loca absorpta , terræ aquis coopertæ , ca-
 vernæ repletæ , strata graviora levioribus
 superimposita : verbo dicam , ruinarum
 congeries . Cum enim sexcenta & quinqua-
 ginta annorum centenaria elapsa fuissent ,
 in ultima annorum myriade terre fuere
 a Maribus intercisiæ , enatæ Insulae , & Con-
 ti .

tinentes divulsi. Tunc Europa ab America
scissa fuit, Anglia a Gallia divisa, Sicilia
ab Italia avulsa, totque aliæ separationes
evenerunt, quot modo in Terraquo globo
observantur. Hanc autem separationem
Continentis demonstrant juga continuata
Montium, quæ licet externe inæqualem, si
seorsim spectentur, formam habeant; tamen
si cum iis, quæ e prospectu sunt comparen-
tur, ordinatam figuram habent, atque an-
gulis exorrectis in aliquo monte semper
respondent anguli cavi in eo qui oppositus
est, eamdemque separationem ostendunt
lapidosa strata, quæ licet interrupta con-
spiciantur ab aquis fluminum & Marium,
eamdem fervant crassitudinem atque alti-
tudinem in tota sua extensione. Haec per-
to demonstrant Montes illos, & lapidea
strata prius unicam constituisse molam, &
vi quadam fuisse integræ hujuscce molis par-
tes avulsa & separatas. Septima denique
Naturæ epocha ex Buffonio ea est, quæ ad
hominis creationem spectat. Defluxerant
jam septuagintaquinque annorum millia a.
prima corporearum rerum creatione, jam-
que Tellus ad illum caloris gradum dilap-
fa erat, qui humani corporis temperaturæ
conveniens erat. Ab eo itaque tempore
humanæ generationis initium auspicandum
videatur. Cumque initio calculo idem Buf-

sonius ostendat spatio viginti quinque milie annorum conceptum a Terra calorem per omnem ejus ambitum extingui debere, hinc in decima annorum myriade futurum opinatur humanæ generationis interitum. Tunc enim glaciales illæ crustæ, quæ modo circumpolares Regiones contingunt, sensim amplificate & extensæ per omnia maria, & per universam Telluris superficiem diffundentur; Tellusque inepta evadet hominum habitationi.

XXXI.

Hæc theoriæ Buffonii summa: verius dicam romanensis fabulæ commentum de formatione Terræ, rerumque corporearum origine: Tam enim repugnat, & Mosaicæ narrationi, & mechanicis legibus, & physicis observationibus, facile ut appareat virum istum doctum talem hypothesim non serio, sed oblectationis causa scribere voleuisse, ut indoctos, & nihil de artificio suspicantes exerceret. Ac primum quidem illud pro indubio ponimus, nullum systema ferri posse, quod rebus perspicue demonstratis, ut est Scripturæ auctoritas divina directe opponatur. Nec Physico ex physicis legibus disputanti fas est vel transversum pedis recedere a scripturæ aucto-

ri.

ritate , nisi scepticus esse velit , & sacri elo.
qui veritate relicta aliquid contra definiere .

XXXII.

Hoc prædicto principio , quilibet intel-
ligit rejciendum esse quidquid Buffonius
asserit de solaris massæ schidiis , & frag-
mentis impactu Cometæ avulsiis , ex quibus
Telluris , & Planetarum originem deducit .
Hæc hypothesis , quam a Leibnitii theoria
mutuo accepit , mosaiçæ Cosmogoniæ aperte
opponitur . Cum enim Moses in sex dies
terum creationis opus divisorit , tertiae diei
asignat Telluris genesis , & aquarum con-
gregationem in locum unum ; Tunc enim
facies Telluris apparuit , aquis in certos
sinus collectis , reliquis Telluris partibus
aqua nudatis . Atque hoc quoque die pro-
tulit Tellus herbas , flores , fruges , frutices ,
arbores ; omnia feminibus suis onusta , &
vi quadam plastica prædita , qua produce-
re possent . Cumque vespere , & mane diei
tertiae jam præteriisset , idem Sacer scrip-
tor in quarta die describit creationem lu-
minarium omnium , quæ in Firmamento
apparent . Ex quo constat tempus creatio-
nis Telluris præcessisse creationem Solis ,
nec a resegmine quodam solaris massæ po-
tuisse Tellurem , & Planetas omnes educi .

Cum

Cum itaque tota Buffonii theoria sublesto
nimium fundamento, debilique tibicini in-
nitatur, corrut necesse est quidquid in e-
pochis naturæ hisce principiis inaedificatur.

XXXIII.

Præterea licet gratis Buffonio conce-
deremus, Tellurem ab ignita solari masse
fuisse avulsam, non inde tamen conseque-
retur, naturæ epochas illam temporis du-
rationem exigere, quas ipse præscribit.
Quo enim arguimento demonstrat, ad Tel-
luris refrigerationem septuaginta quinque
annorum millia necessaria fuisse, ut exin-
de apta evaderet hominum habitationi?
Experimenta, quæ ab eodem fuere exhibi-
ta cum ignito globo semipalmaris, vel pal-
maris diametri, nec accurate fuere confe-
cta, ut ostendit Marsilius Landriani (*Opus-
sc. Medib. tom. 4. pag. 108.*) nec tanti pen-
denda sunt, ut per Analogiam inferat tot
annorum myriades, ut Tellus posset perfrig-
erari. Analogiae lex tunc apte adhibe-
tur, cum ex omnimoda effectuum similitu-
dine in rebus perspicuis similitudinem car-
sæ inferimus. Quis autem audebit, simili-
tudinem hanc effingere inter solarem mas-
sam & globum ferreum ignitum, atque
ex tempore, quo globus ignitus refri-
gera-
tur

tur calculo deducere totam illam duratio-
nem , quæ Telluris infrigidationi necessa-
ria fuisset ? Quis denique velut Ægrotan-
tium somnia sibilo non excipiat , quæ de
interitu Telluris ab eodem Buffonio effingun-
tur , & de glaciali illa crusta , qua Tellu-
ris globus vestiri , & usque ad centrum con-
gelascere confidenter asserit ? cum præter-
tim sacræ litteræ doceant Mundi interitum
futurum per ignem .

XXXIV.

Sed præeuntem Buffonium presso pede
sequamur , atque a discrimine illo , quod
assignat inter Montes primitivos & secun-
darios sermonem ducentes , inquirimus ab
eodem unde sibi constiterit primitivos Mon-
tes ex testis dumtaxat scoriis , & vitrefactis
substantiis esse compositos ? Profecto nemo
constituere potest , quæ sit interna structu-
ra Terræ , cum eam nemo nec viderit , nec
videre quiverit . A seculo 16 usque ad præ-
sentem diem non ultra 3000 pedes altitu-
dinis depresso in Terra Homines fodiendo
pervenere , nec postea in fodinis quibus-
que ultra 4000 pedes aliquis pervenire po-
tuit , ut recentiores observationes compro-
bant . Hæc tam exigua crassitudo corticis ,
quæ nobis perquirentibus oblicitur , nonni-
fi

si epidermidem , ut ita dicam , terræ con-
siderandam offert , viscera non offert : de-
inde de interna compagine Terræ nihil om-
nino possumus definire . Quod si ex figura
exteriori , & ex partibus huc usque cogni-
tis conjecturam aliquam facere possemus ,
illud unum apposuit dicere fas est tam
primitivos quos vocant Montes , quam se-
cundarios omnes vel conicos , vel fastigia-
tos , vel pyramidales apparere . In omni-
bus reperiri extranea corpora illuc adjecta :
uti sunt testacea , conchilia , & petrifica-
ta . Omnes ex variis stratis tum Terræ ,
tum arenæ , tum metallorum , tum lapi-
dum , tum cæterorum mineralium constare ,
atque ex variis varie permixtis substantiis
pro varietate locorum ita compingi , ut
ad ullam certam regulam redigi nequeant .
Ariolatur itaque Buffonius dum secunda-
rios Montes suam reperere originem opi-
natur ex terrestri sedimine prius in maris
fundo sensim collecto , quod deinceps ad
illam consistentiam & duritiam pervenerit ,
quam hodie Montes habent ; nec præte-
rea concipi potest quomodo sedimentum
illud tot metamorphoses potuerit subire ,
ut aliud in marmor , aliud in lapides cal-
careos , aliud in silices , aliud in argillam ,
alii in arenam fuerit conversum , atque
ad ingentem illam altitudinem creverit ,

quo

quo supra Maris libellam elevatur.

XXXV.

Illud præterea observationibus opponitur quod a Buffonio asseritur: Montes altissimos eos esse, qui sub Æquatore existunt, eosque suam repetere originem a vi centrifuga partium materiæ, quam sub Æquatore rotatio Globi terrestris circa axem acquisivit. Profecto in America sub Æquatore magna planities est. In Africa non longe ab Æquatore sunt parvi colles. Mons Atlas altissimus longe est ab Æquatore remotus. Montes, quibus Siberia & Tartaria ab India sejunguntur, qui que seriem omnium longissimam constituunt, quemadmodum etiam Montes illi altissimi, qui in America a septentrione in Meridiem diriguntur, atque illas Montium catenas constituunt dictas *les cordelieres*, maxime etiam ab Æquatore sunt distiti. Alpes denique, ut de cæteris Montibus taceam, propiores sunt Polo quam Æquatori. Ex quibus primum est intelligere Montes fere omnes coævos esse ipsi Telluri, eosque a Deo ita suisce in Tellure constitutos, ut eorum latera instar munimenti bellici Telluris ejusdem stabilitatem conservarent, ne in Mari diffueret, quam aquæ ipsæ undique cinguant.

K

II.

XXXVI.

Illud vero apposite a Buffonio asseritur plurimas mutationes in Terraquo globo evenisse. Eas tamen primo repetimus ab universalis diluvio. Atque ita intelligimus quomodo Elephantorum ossa, dentes, aliaque extranea corpora potuerint ad polares Regiones deferri, in quibus modo hujus generis animalia nec reperiuntur, nec valent ibi vitam protrahere. Intelligimus etiam quomodo marina corpora, conchilia, & crustacea fuerint ad Montium cacumina ejecteda. Quippe in universalis illo cataclysmo aqua totam Terræ superficiem inundans portuit marina ista corpora cum terris permixta ad Montium vertices vel latera trudere, dentes Elephantorum & animalium terrestrium ossa atque omnne genus corporum ex remotis locis venientium ex una in aliam Regionem faciliter deferre, Continentes mutare & scindere, nova fræta novosque Maris sinus aperire, & Continentes ipsos in Insulas vertere.

XXXVII.

Quod de universalis Diluvio diximus probabiliter conjectari possumus etiam de aliis

aliis mutationibus, quas deinceps Terra-
queus Globus subiit a terremotibus, a
Vulcanicis eruptionibus, atque ab aqua-
rum Maris alluvione productis. Sic, Plato.
ne referente, ingenti terremotu, jugique
diei unius & noctis illuvione factum est,
ut Terra dehiscens innumeras Hostium co-
pias, quæ ex atlantico Mari erant profe-
ctæ, absorpsit, & Atlantis Insula, quæ ma-
jor erat Europa & Asia sub vasto gurgite
mersa est. Idem elapso sæculo in illis Terræ
partibus, ubi incredibiles terremotus fue-
runt, est observatum. Horrificus ille terre-
motus, qui Jamaicam, magnam sinus Me-
xicani Insulam concussit, mirandos torrentes
aquæ ex pluribus Terræ hiatibus excitavit,
qui rapide in altum jaucti magno cum im-
petu ingentem aquæ vim iterum evome-
bant. Plurimi tunc Montes revera ceci-
derunt, qui cursum fluminum impedivere,
donec aquæ ipsæ obstacula superantes no-
vos alveos sibi facerent. Atque, ut ad no-
stram ætatem accedamus, Calabria & Mes-
sana horrifica vertigine per plures menses
subterraneo tonitru contremuere, atque
in iis terremotibus ingentes hiatus in Ul-
teriori Calabria inopinato patuere, Vor-
gines immensæ ibi apertæ, Edificia, Oppi-
da & Civitates integræ collapsæ, quæ mul-
ta hominum millia momento temporis mi-

ferrima morte consumperunt . Ipsa Maris aqua , Telluris motu eumdem Maris motum adjuvante , incredibile damnum miseris mortalibus attulit , quorum plurimi ad littora fugientes ab aquis Mamerti- ni fræti , inter Cænidem , & Pelorum eun- tibus & redentibus , absorpti sunt .

XXXVIII.

Maxime vero Telluris faciem mutatam fuisse ab ignivomorum Montium conflagrationibus , quæ diversis temporibus in variis Regionibus evenerunt , adeo certum est , ut nullus sit dubio locus . Insulæ illæ quæ Enariæ nuncupantur : nimurum Nesida , Prochyta , Pandataria , Pithecusæ , cæteræque sinus puteolani , Continenti olim fuisse unitas ex certis indiciis deprehenditur , quod & de Eoliis , seu Lypareis , & Vulcaniis Jnsulis dici potest . Similes mutationes , quas in hisce Regionibus conflagrationes Vulcanicæ produxere , in multis aliis Terræ locis diversis temporibus accidisse Itineratores , & naturalis Historiæ Scriptores observarunt . Plures Montes in Gallia igne productos olim fuisse adnotarunt Accademici Pari- sienses . Ignis vestigia in multis Italæ Montibus observarunt Michelius , Conda-

mi-

daminlus , & Landius . Montem Picum in Insula Teneriffæ , Etnam , Eclam inter ignis producta numerandos esse non improbabiliter plurimi conjectere . Anno 1604 , & 1706 novam Insulam in Peruvio per ignem suisse genitam , atque Insulam Santorini ex Mari emersisse Vallisnerius & Turnefortius referunt .

XXXIX-

Hæc omnia apertissime evincunt opus non esse cana ævi vetustissimi tempora confingere , & imaginariis epochis Cosmogoniam comere atque ornare ; nam quæ in Tellure evenerunt mutationes & vicissitudines , omnes vel ab universali Diluvio originem repetunt , vel Epochæ Diluvio ipso recentiori adscribendæ , quas Buffonius Systematis , atque hypotheseos præjudicio occupatus cum incredibili antiquitate , ultra Mundi conditi tempora , certissima annoalium sacrorum fide definita , conjungit .

Theoria Joannis Whitehurstii .

XL.

Joannes Whitehurstius in eruditissimo opere inscripto *Ricerche su lo stato primitivo*

vo , e su la formazione della Terra dedotte da fatti , e dalle leggi della Natura : ex Telluris figura instar cepæ magis sub polis depressa , & sub Æquatore elevata , tum præterea ex legibus gravitatis , virium centralium , atque hydrostaticis theoriam deducit Cosmogoniæ , atque primigeniæ formationis ejusdem Telluris . Ac primum ex generali gravitationis lege , quæ in partibus corpora constituentibus observatur , illud inferre licet omnia sese mutuo attrahere debere ; ex qua naturæ lege oritur comune gravitatis centrum , quod ob vim quam in partes omnes componentes exercet , causa est , quod fluida in statu quietis sphæricam adipiscantur figuram . Præterea ex legibus generalibus motus , dum corpora in propriis axibus circumrotantur , partes eadem constituentes vim centrifugam acquirunt propriæ velocitati proportionalem ; ut exinde eorum velocitates , & vires centrifugæ sint in ratione distantiarum ab axis motus . Ex principiis hisce inserti laudatus Auctor , quod corpora omnia , quæ figuram sphæroidis lati , seu complanati habent , illam acquirere nequivissent , nisi prius in statu fluiditatis fuissent prius circa proprios axes circumgirata , utut deinceps eadem corpora solida evaserint ; cum que hujusmodi sit figura Telluris , illud con-
se.

sequi necessum est, ut in sui exordio debuerit circa proprium axem in statu fluiditatis rotare. Terra itaque illa, de qua saecularis Scriptor ait fuisse inanem & vacuam, in prima sui creatione nil aliud praetulit nisi chaos quoddam turbidum ac fluidum. Particulae componentes hoc fluidum heterogeneae fuerunt, variæque indolis & naturæ. Cumque super hoc fluidum spiritus Dei ferretur, hæc massa rotatorium motum acquisivit, partesque rudis & indigesti hujus fluidi in ipsa circumgiratione ab axibus propriis motus recedere debuerunt, donec vires centrales æquilibritatem acquirerent, & Tellus figuram sphæroidis complanati adipisceretur. Cum vero particulae Tellurem componentes relate ad leges generales motus conquievissent, altera naturæ lex se. se explicavit, quæ lex affinitatis appellatur; atque vis attrahens exerceri cœpit inter homogeneas particulas ejusdem indolis & qualitatis. Particulae igitur aeris particulis aeris adhæsere, aquosæ particulae aquosis, terreæ terreis, atque ita ex hac reciproca unione corpora diversa gravitate specifica prædita emerserunt. Cumque hoc pacto informis illa & confusa substantiarum farrago, quæ chaos turbidum componebat secreta fuisset, densiora corpora centro gravitatis propria quiora redditæ sunt, le-

leviora vero versus superficiem globi ascenderunt. Unde chaos illud in massas diversæ specificæ gravitatis divisum fuit, atque Elementa efformata sunt: Aer nimis, Aqua, Terra, & Ignis. Aer octingentis vicibus aqua levior ex legibus hydrostaticis a confusa massa avulsus sicut velocitate octingentis vicibus majore aqua; dum aqua tardiori motu separata atmosphærā quandam impuram & ponderosam produxit. Proportionaliter ad gravitatem specificam Aquæ & Terræ, sensim earumdem separatio facta est; donec tandem Terra in solidorem massam induxit centro proximorem, atque aqua totam Telluris superficiem, Maris instar, præcinxit. Ab iisdem legibus attractionis Cl. Auctor repetit stratorum diversitatem, que in Tellure reperiuntur; atque ex substantiarum affinitate infert strata aliqua esse calcaria, quædam argillacea, quædam denique aggregacionem illam efformasse, ex quibus Metalla, Mineralia & Salia componuntur.

XLI.

Concedenda Joanni Whitehurstio laus ingenii magni, judiciique acris & profundi, atque fatendum imaginatam ab eo theoriam inter omnes a nobis superius descriptas to-

le.

lerabiliorem reperiri. Verum in eo primum reprehendendus est, quod a narratione mosai-
ca, a qua, veluti a sacra linea, digredi non
licet, in sua theoria plurimum recesserit.
Tum præterea quod primam corporum ori-
ginem, earumque creationem ad mechani-
cas leges revocare voluerit. Ego enim sic
reor, corporum creationem explicandam non
esse per eas naturæ leges, quas postmo-
dum Omnipotens rerum Artifex rebus omni-
bus indidit. Creatio nil aliud expostulavit
nisi meram sapientissimi Authoris naturæ
omnipotentissimam voluntatem. Postquam
vero supremus rerum Conditor ex nihilo cor-
porum universitatem produxit, tunc pro-
fecto iisdem corporibus eas leges & vires in-
didit, ex quibus rationem reddimus eorum
effectuum & phænomenorum, que in Uni-
verso observantur. Verbo dicam: leges
creationis non sunt leges mechanicæ: leges
vero conservationis rerum creatarum sunt
illæ mechanicæ vires, quas leges naturæ
appellamus, quasque Deus ipse post cor-
porearum rerum creationem iisdem corpo-
ribus indidit, ut harmonia universi conser-
varetur.

L

Theo-

Theoria Wallerii.

XLII.

Pulchrior, atque elegantiori habitu ornata prodiit theoria Wallerii in Opusculo *de Origine Mundi*. Profecto operæ præmium esset integrum libellum percurrere, & quæ ad Cosmogoniam spectant excerptare, atque huc adducere, nisi paginarum nostrarum angustia tantam prolixitatem refugeret, liberque eruditissimus, & elegansissimus in omnium manibus versaretur. Seligemus dumtaxat pauca, qua licet brevitate, ex quibus de ejusdem theoria tuto iudicium ferri possit. Ut itaque laudatus Auctor ex tam involutis theoriarum ambagiis & mæandris tuto pedem expedire posset, Historia, mosaica, tanquam ariadneo filo, usus est. Ac primo statuit quod verba illa mosaicæ narrationis *In principio creavit Deus Cælum, & Terram*; non designant vel Cælorum creationem, de qua fit mentio v. 8. 15. 17. ejusdem capit is, vel Telluris & terrestris Globi productionem, quæ in opere tertiae diei describitur; sed verba illa *Cælum & Terram* prima nascentis Mundi stamina, & corporum principia debeat indicare ad Universi productionem deservientia. Reii.
cit

cit propterea statum rerum confusum, *Chaos turbidum, indigestum moiem, cœcum rerum omnium acervum*, quæ Antiquorum Cosmogoniæ fabulantur, quæque statum hunc chaoticum in prima rerum origine supponunt. Terra itaque, de qua Moïses loquitur in prima rerum productione, talibus characteribus a Sacro Scriptore depingitur, ut per Wallerium designet principium quoddam passivum omnium corporum, motus & vitalitatis expers, prout eidem principio conveniebat. Id significant primo verba illa *inanis & vacua*, seu *tohou vavhou*: nimirum, ut vertunt septuaginta Interpretes, *invisibilis & impræparata*, cohærenter ad ea, quæ cap. II. v. 18, lib. Sap. dicuntur, quod *Deus Mundum ab impræparato principio creavit*. Hæc eadem Terra vocatur *Tehom, Abyssus*, tenebrisque involuta ob immenſam nimirum profunditatem hujuscce principii, & quia carebat viribus activis, quas deinceps acquirere debebat. Denique, quam prius Moïses vocaverat Terram, deinde *Abyssum*, vocat postremo Aquam, dum spiritus Dei super ipsam fermentabatur, quo intelligi debet motus quidam huic massæ primigeniæ impressus, per quem eam fluiditatem & energiam acquisivit, quæ ad componenda tum cælestia tum terrestria corpora requirebatur.

XLIII.

Aliud corporearum rerum principium in Wallerii systemate est illud , quod in sacro textu *Cælum* appellatur , vicesque acti. vi principii gerit , quodque nil aliud denotat nisi lucem eodem tempore cum terra creatam , cum qua integrum massam immensæ illius profunditatis constituebat . Lux ista , licet tenebris præsens esset , tamen splendorem non emisit , nisi cum Spiritus Dei eidem luci vim necessariam indidit , qua illuminationis effectus posset producere , eamque a tenebris separavit . Tempore istius separationis terrestris illa massa , fluida & aquosa reddita , circumagi cœpit motu rotationis circa proprium axem . Auctor quippe Naturæ , dum lucem a tenebris separavit , vires attractorias omnibus particulis immensi illius fluidi communicavit , quæ profecto eo facilius proprias vires exerere potuerunt , quia nondum Deus determinaverat centrum gravitatis earumdem particularum . Ex quo illud consequi necessum fuit , quod motus iste debuerit producere principia corporum solidorum , & quod homogeneæ particulæ juxta diversam combinationem & cohærentiam aptæ evaserint ad corporum varietatem inducendam .

Per-

XLIV.

Pergit præterea idem Wallerius expendens opus secundæ diei, & mosaicam narrationem proprio systemati accommodans, putat quod Deus secunda die firmamentum seu expansionem illam creavit, in qua cælestia corpora tam luminosa quam opaca collocari debebant. Hæc autem expansionis & Firmamentum, inquit Sacer Scrip-tor, fuit a Deo conditum in medio aquarum, ut aquas ab aquis divideret. Ex quo infert illustris Auctor, quod Deus immen-sam illam fluidam & aquosam massam ita diviserit, ut pars illius supra Firmamen-tum evecta ob inditas attractionis leges cæ-lestia corpora confecerit. Pars vero, quæ fuit sub Firmamento collocata, ad compa-ginandum Globum terraqueum fuit reser-vata, pro opere nimirum tertiae diei. Ex quo concludit omnia tam cælestia quam terrestria corpora originem suam repetere ab aquis, Quod videtur indicari in Epi-stola Divi Petri cap. 3. v. 5. latet illos hoc volentes, quod Cæli fuerint jam olim & Ter-ra ex aquis & per aquas subsistens Dei verbo.

De-

XLV.

Deinde ad opus tertiae diei describen-
dum progrediens , tria præ certo assumit 1. Terrestrem globum , ut soliditatem nanci-
sceretur , fuisse a supremo Artifice præpara-
tum 2. Particulas omnes eundem globum
componentes in aquis ipsis dissolutas exti-
tisse . 3. Particulas ad solida corpora com-
ponenda destinatas , ex attractionis & affi-
nitatis legibus ab eodem omnipotenti Ar-
tifice præscriptis , in solida corpora conjun-
cta fuisse partim concretione , partim coa-
gulatione . Etenim particulae simpliciores
vel magis compositæ nequeunt inter se
conjungi nisi conglutinante quadam mate-
ria in unum coalescant . Hujus materiæ
conglutinantis admixtio duplice fieri potest
modo : aut simul & semel per totam mas-
sam presentem se diffundendo & miscendo ;
aut successive obviam terrestrem materiam
penetrando particulasqne terrestres con-
jungendo . In priori casu continui evadunt
lapides : in posteriori stratosi vel lamellosi .
Huc resert illustris Auctor calcareos mon-
tes , lapides arenaceos , argillaceos , mar-
gaceos , fissiles . Similiter & tophos , stala-
ctitas , aliosque , qui concreti existunt a
particulis ab aqua detritis , & postmodum
uni.

unitis. Quando vero particulæ solutæ plus minus liquidæ, vel per se, vel aliis mixtæ, consolidatione simultanea condensantur & in consimilem substantiam abeunt, tunc corpora coagulatione formata dicuntur. Hac ratione formati videntur lapides nitidi, qui & ideo peregrina aliquando ostendunt corpora inclusa. Tales sunt quarzum, fluores, silices, agathi, uno verbo plerique sic dicti vitrescentes lapides. Huc etiam idem Auctor refert plerasque mineralias metallicas, quæ facie gaudent nitida, ortæ a vapore quodam principia metallica vaporosa vel fluida penetrante & coagulante.

XLVI.

Hisce præmissis existimat laudatus Auctor Deum O. M. in opere tertiae diei legibus attractionis & affinitatis addidisse corporibus omnibus vires centrales, ut separatio fieret corporum concretione, vel coagulatione in solidam massam conjunctorum, ab iis quæ fluida remanserunt. In qua quidem separatione aquæ in certos sinus colligi debuere, reliquis Telluris partibus aqua nudatis. Legibus itaque centripetis adscribit idem Auctor quod aquæ, quæ sub cælo sunt, fuerint congregatae in

lo-

locum unum , & apparuerit Arida . Hæc autem virium centripetarum explicatio causa fuit , quod lapides illi , qui componuntur squamulis rigidis inordinate mixtis , & micra squalmula vocantur , cum leviores cæteris essent , longiori tempore aquis ipsis innatare debuerint ; dum e contra spatum , quarzum utpote graviora , ex viribus centripetis celerius præcipites reddita sunt versus centrum suarum virium . Ex eadem causa evenit , quod in actu præcipitationis tot solidescientium corporum , quædam resegnima divulsa fuerint , quæ arenas produxerunt , quædam vero ob attritum figuram rotundam vel ovalem acquisiverunt , quædam denique cum argilla & arenis permixta petro-silices produxerint diversis silicibus concretos , *Pudding* a naturalis historiæ scriptoribus appellatos : quemadmodum etiam lapides basalticos particulis , subtilissimis impalpabilibus compositos , textura petro-silici haud dissimiles .

XLVII.

Ab eadem aquarum separatione & solidorum corporum , quæ in unam massam concreta fuerant vel coagulata suscessiva præcipitatione , derivat omnem illam Telluris inæqualitatem , quæ in facie globi non-

nostri reperitur ; atque inde originem repetit montium , cavernarum , voraginum , atque venarum metallicarum ; quæ quidem cum illustri auctore per singula capita explicare angusti liinites nobis præscripti non patiuntur .

XLVIII.

In descripta autem theoria illustris auctor nil aliud profecto efficit , nisi in re obscurissima conjecturam aliquam verisimillem offerre . Neque enim audiendi sunt , qui tam miro æstu pro Wallerii systemate decertant , & de ejus veritate tam confidenter definiunt , quasi Wallerius ipse Conditoris summi consiliis in condendo Mondo interfuisset vocatus . Et sane dum ejusdem cosmogoniam exactius rimari lubeat , constabit proprii Systematis præsidia deprehendisse in Philosophia Thaletis , qui primus materialem Mundi causam esse aquam fuit opinatus . Illud præterea non ita percommode explicari potest , quomodo tot metamorphoses in aqua primigenia evenerint , & quomodo in Terram & aerem potuerit converti , de quo tantopere hac nostra ætate decertatur , atque adhuc sub Judice lis est . Ex quo inferimus de rerum corporearum origine nil alind nobis

M

con-

constare nisi illud quod mosaica narratio describit, in cuius explicazione incredibilis labores doctissimorum Physicorum nihil aliud effecerunt, nisi adumbratam tantum, & rūdem theoriam offerre: adeo verum est divinum illud Sapientissimi Regis documentum, quod præcipue, dum de corporearum rerum origine disputatur, proprio periculo experimur: Mundum tradidit disputationi eorum, ut non impeniat homine opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem, Ecclesiastis Cap. 3. v. 11,

C A P U T III.

De sensibilibus, seu chemicis corporum principiis.

XLIX.

HAECENUS per lancem quasi saturam mechanica naturalium rerum principia, earumque originem exposuimus. Nunc principia illa determinanda sunt, quæ sensibus ipsis subiiciuntur, animoque facile percipiuntur: in quibus quidem definitis Chemicorum conatus laudandi sunt, qui dum corpora suas in partes per instrumenta idonea resolvunt, deveaire tandem solent ad substantias quaedam usque adeo sim-

91

simplices, ut & in partes heterogeneas
ultra dividi nulla haec tenus arte possint.

L.

Inter Philosophos, qui ignis ope ad
intimos naturae recessus inspiciendos lauda-
bilem industriam posuerunt, eminet Phi-
lippus Aureolus Theophrastus Paracelsus,
vir portentosi ingenii, & cui non parum
ars chemica debet. Hic mixtorum omnium
quinque constituit sensibilia principia:
mercurium nempe, seu subtilissimam &
& etheream corporum substantiam; sulphur
quod odorem, tenacitatem & cohaerentiam
dat partibus, salia quae soliditatem & sa-
porem efficiunt, aquam seu phlegma, &
terram quam dannatam & caput mortuum
appellat. Sunt vero in Paracelsi doctrina
bina haec postrema principia passiva, &
veluti bases trium priorum, quae activa
appellantur.

LI.

Hunc sensibilium principiorum nume-
rum ad duo tantum redegit Becherus,
quem magnum Chemiae promotorem fuisse
ejus opera immortalitate digna omnino
comprobant: ad aquam scilicet & ad ter-

ram. Terræ autem tres species distinguit quas simplices & elementares voluit. Primam terram salis vices gerentem vitre-scibilem nominavit, eamque principium esse voluit fixitatis, soliditatis, & duritiae corporum. Alteram terræ speciem vocat inflammabilem & pinguem, eamque sulphuri substituit, causamque esse voluit inflammabilitatis corporum. Tertia tandem terræ species ab illustri Auctore vocatur arsenicalis vel mercurialis, quia in locum mercurii successit. Id elementum, inquit Vogel in institutionibus Chemicis, subtilitate & penetrabilitate multum cætera superat, & non aliter, quam per certos effectus de sui præsentia nos admonet. Reperitur præcipue in Regno minerali, & mundum subterraneum perfumigat, quin ex metalli fodinis vaporis forma sæpius manifesto exhalat. In omnibus fere mineris metallorum delitescit, . . . ejus in vegetabilibus corporibus præsentiam haud obscurè videntur indicare suffocantes vapores, quos carbones recentes sub deflagratione exhalant.

LII.

A Becheri systemate parum ab ludic theoria Cl. Josephi Cerri, quam in Differ-
ta-

tatione de elementis & metamorphosi corporum exponit. Duo per laudatum Auctorem sunt chemica corporum principia, quorum unum activum est, alterum passivum. Activi principii nomine venit phlogiston, seu substantia inflammabilis, passivi vero omne illud, quod apud Chemicos salis denominationem habet. Ex varia phlogisti & salium modificatione oriri putat corpora omnia vel fixa, vel volatilia, vel solida vel fluida; atque ex horum principiorum combinatione originem repetit Aeris, Aquæ, Terræ, & illarum substantiarum quæ eleminta nuncupantur.

LIII.

Atque Aerem quidem esse compositum quoddam ex principio inflammabili & substantia salita experimentis illis confirmat, quibus Priestlejus in omnibus fluidis aeriformibus & gazosis combinationem quamdam recognovit phlogisti & substantiae salinæ. Indolem quoque Aquæ salitam esse ex eo infert, quod in crystallos congelascit; tum præterea quod plantæ diversis salibus impregnatae reperiuntur, quos ab aquis nutritionem afferentibus receperit; tum denique ex proprietate, quæ convenient aquæ reddendi fixa quælibet acida, ea.

eaque in terram convertendi juxta observa-
tiones Scheelii. Terram denique adeo af-
finem esse cum salibus, ut Torbernus Berg-
man in sua sciagraphia eam cum salibus
continua progressione in catena naturæ ita
conjungi existimet, ut vix nisi artificiali
limite antea positio discerni valeat. Immo
laudatus Scheelius confidenter afferit Ter-
ram corpus esse salinum. Phlogistum ita-
que & salia diverso modo combinata sunt
ea elementa, ex quibus omnia corpora
suam originem repetant. In Regno fossili
nulla habetur terra sine phlogisto, nec
phlogistum absque acido. Bitumina sub-
stantiæ sunt, in quibus salinæ particulae
cum inflammabilibus arctissimo connubio
sociata occurunt. Vegetabilia & animalia
salibus & phlogisto abundant.

LIV.

Salium autem nomine opinatur lauda-
tus Cerri intelligi debere substantiam quam-
dam per se & essentialiter salinam, quam
Sthallitus acidum principium appellavit.
Hinc omnia salina corpora eatenus salium
proprietates manifestant, quia principium
est acidum, & veluti salinum elementum
continent. Perro diversis unionis gradus
cum elemento iste salino constituit corpo-
ra mi.

ra minus simplicia salina, quae in triplici Naturæ Regno reperiuntur. Hoc principium aquæ conjunctum spiritus acidos efficit; nimirum vitriolicum, nitrosum, & muriaticum. Cum terrea substantia producit salem alcalinum; huic si conjugatur aliqua acida substantia obtinebitur sal neuter, qui nec salis acidi nec alcalini characteres habet, & ex utriusque coniunctione fieri videtur. Omnia itaque salsum generantur acidum istud omnium purissimum & simplissimum resolvi possunt, quod physiologista combinatum tantam corporum varietatem in terrestri globo producit,

LV,

Joannes Seraphinus Volta in Epistola ad D. Aloysium Brugnatelli, dum novi mineralogici systematis specimen quoddam adumbrat, nova quoque tensibilita & chemica principia exculpere, & stabilire conatus fuit. Primo itaque pro certo supponit, quod pars esse debet analogia inter principia corporum organicorum, & corporum organisarentium. Quemadmodum itaque organica corpora ex duorum principiorum coniubio generantur, ita inorganica duo exposcent varie indolis principia, quae electiva attractione & affinitate inter se

se copylentur. Hæc autem alia sunt dissolventia, alia vero eorumdem dissolventium bases; & productum ex dissolvente & basi compositum minerale appellatur. Dissolvens principium vel est incombustibile vel combustibile. In classe incombustibilium acida omnia veniunt, phlogiston vero est combustibile principium. Basis præterea vel sapida est vel insipida, hæc terreum principium constituit, sapida vero principium salinum. Quoties basis aliqua attrahitur ex affinitatis legibus a dissolvente, solutio producitur: ex solutione autem compositum quoddam resultat regularis figuræ. Porro operatio hæc & combinatio dissolventis cum basi crystallisatio appellatur.

LVI.

Ut ex dissolventibus & basibus inorganica corpora seu mineralia producantur, supponit laudatus Auëtor in materia dispersa reperiri germina corporum crystallisatorum & mineralium. Hæc vero germina sunt particulæ sub diversis figuris præ-existentes, puta triangulares, cubicæ, romboydales, exagonæ e. c. Quoniam itaque dissolventia agunt in bases, miscela particularum in fluidam & pellucidam massam. primo convertitur: tum præterea sensim evan,

evolvuntur & explicantur horum minera.
lium germina, donec perfecte indurescant,
suoque ordine in conspectum veniant vel
regulari, vel informi figura, qualem eo-
rum crystallisatio reprehensent. Minera-
lia igitur nil aliud sunt nisi bases dissol-
ventibus copulatae, & sub determinata fi-
gura evolutae & explicatae.

LVII.

Dissolventia basium, quamvis in varia-
discrepantesque species sint partita, vel in-
combustibilia sunt, uti acida, vel inflam-
mabilia, uti phlogiston. Hinc duæ tan-
tum mineralium classes, quæ integrum mi-
neralogicum systema comprehendere va-
lent. Namque, ut ex prædictis principiis
infert Auctor: „ Il principio mineraliza-
„ bile sia terreo, o pure salino, unito a
„ un principio mineralizante acido costi-
„ tuisce un minerale acidato. Lo stesso
„ principio combinato in vece con il flogi-
„ sto forma un minerale flogistato: ne al-
„ tre combinazioni intermedie vi hanno
„ per mio sentimento in tutta la sorte del-
„ le produzioni del Regno fossile. Le sud.
„ dette due classi vengono da me suddivi-
„ se entrambe in due ordini, dai quali e.
„ mergono le quattro classi dei moderni

N

si-

„ sistemi analitici, cioè i Sali, le Terre,
 „ i Bitumi, e i Metalli. Il sapore, e la
 „ perfetta solubilità nel acqua formano il
 „ distintivo dei minerali acidati del ordi-
 „ ne primo, che si chiamano Sali. L'in-
 „ sipidezza, e l'imperfeita solubilità nell'
 „ acqua sono il carattere di quelli del or-
 „ dine secondo, che hanno il nome di Ter-
 „ re. La leggerezza, la facile combustio-
 „ ne, e l'elettricità positiva contrasegna.
 „ no i minerali flogistati dell'ordine pri-
 „ mo denominati bitumi. La pesantezza
 „ all'opposto, la difficile combustione, e
 „ l'elettricità negativa sono le note di
 „ quelli dell'ordine secondo che portano
 „ il titolo di Metalli. Quilibet horum or-
 „ dinum in descripto systemate subdividitur
 „ in familias: quælibet familia in genera:
 „ quodlibet denique genus in species.

LVIII.

Omittimus hic describere cætera mi-
 noris famæ systemata de numero & natura
 principiorum sensibilium; malumus enim
 Veteres Duces sequi, quam sine cortice
 natare, novamque tentare viam. Quapropter
 ea nobis arridet opinio, quam Bomæus,
 Maquerus, Boerhaavius, aliisque Cl. Vi-
 ri, Veterum Philosophorum systemati adhæ-
 ren.

rentes , adoptarunt : quatuor nimirum es-
se sensibilia corporum elementa , & chemi-
ca principia : Terram scilicet , Ignem , A.
quam , & Aerem . Quippe quomodocum-
que corpora resolvantur , nihil præter me-
moratas substantias ultimo prodire videtur .
Sunt ergo illa revera ultimus terminus a-
nalysis chemicæ .

LIX.

Ac primum Terra ad eam simplicita-
tem redacta , ut nulla hactenus arte sim-
plicior reddi queat , est substantia homo-
genea , levis , in minimis suis partibus so-
lida , friabilis , insipida , inodora : in A.
qua , spiritu vini , multisque aliis fluidis
minime solubilis , flammam non concipiens ,
in igne fixissima ; ibidemque vel statum in
toto retinens , vel in vitrum , aut scoriam
mutabilis . Hæc porro terra , ut advertit Jo-
sephus Vairo , (quem inter præcipua artis
medicæ ornamenta refero , quiique in Che-
mia illustranda immortalem adeptus est fa-
mam) in solidis corporibus triplicis Natu-
ræ Regni occurrit . Præcipuum eorum cor-
porum basim & quasi sceletum constituit .
In fluidis pariter , licet minori copia , in-
termixta occurrit , nec aqua & aere ipso
exceptis . Occurrit in primis , & quidem

copiose , in arena pura , quartzis pellucidis , silicibus puris . Est quoque in cineribus animalium & vegetabilium , in sanguine , urina , saliva , sudore , in fuligine , sulphure , oleis , nive . Ipsorum etiam metallorum mixtionem ingreditur .

Scholion .

LX.

Hujusmodi terra elementaris & primaria , quæ in simpliciorem resolvi nequeat , an una sit , vel in plures species dividatur , inter recentiores Chemicos jam diu fuit dubitatum . Wieglobius , & Wogelius quatuor species terræ elementaris enumerant distinctis proprietatibus prædictas , quarum una in alteram hactenus nulla Chemicorum arte potuit converti . Sunt autem hæ : terra calcaria , salis amari , a. lumenis , & silicea . Calcaria terra per formem continuatumque ignem in veram calcem vivam convertitur . In spiritu salis communis & nitri ex toto dissolvitur . Acidoviatrioli saturata selenitem producit . Terra salis amari nequit ustione in veram calcem converti . Si in spiritu salis communis & nitri solvatur diversa phænomena exhibet a solutione illa , quæ in terra calcaria

ria observantur. Cum acido vitriolico abit in amarum quemdam salem : calcaria autem cum eodem acido, ut diximus, selenitem producit. Terra aluminis in igne non abit in calcem. In acido vitriolico dissoluta, & deinde evaporata verum alum en praebet. Præcipua pars est argillæ. Arenæ, silices, crystalli montanæ aliquam hujus terræ portionem in se continent: Terra denique silicea, si solitaria sit, in igne non immutatur; addito vero sale alcalino in vitrum liqueficit, & in nullo acido solvitur. Tornernus Bergman in Sciagraphia Regni mineralis §. 86. quinque primitivas terras innotuisse asserit. *Terræ primitivæ*, inquit, *huc tenus detectæ sunt Terra ponderosa, Calx, Magnesia, Argilla, & Terra silicea*; quæ tales putentur oportet, donec idoneis confici experimentis, quod vel in simpliciores resolvi, vel inter se invicem arte transmutari queant. Terra ponderosa ea est per illum Auctorem, quæ a spatho ponderoso præcipue educitur, quæque cum acido vitriolico conjuncta spathum ponderosum constituit. Calx Regni animalis soboles est, plerumque a conchyliis, testaceis, & crustaceis orta, & gypsum vel selenitem cum acido vitriolico efficit. Terra magnesiae purior a sale anglicano educitur, cum acidis non effervescit, nisi ubi calcareum admix.

cum

etim fuerit. Ab acido salis & aqua Regis ad partem solvitur. Fusorio igne funditur in scoriam nigram. Ex quibus proprietatis bus patet sub peculiari terrarum genere comprehendendi debere. Argilla terræ genus est particulis subtilioribus dense compactis constans. Digitis explorata aliquem lævoris sensum exhibet, quasi oleosa materia tincta esset. Aqua emollita tenax & quasi ductilis fit. In igne indurescit. Hæc autem terra purior ab alumine educitur, eamque aquæ pluviae in receptaculis & cisternis post putrefactionem deponere solent. Terra denique silicea, quam quartzosam appellant ea est, quæ purior in crystallis quartzosis existit, a quibus educi potest. Maquerus autem in suo Dictionario chymico, Bomæus, & Sage in elementis Mineralogiae docimasticæ unicam dumtaxat terram elementarem & primigeniam statuunt. In eo tamen discrepant, quod Maquerus & Bomæus terram *vitrescibilem*, Sage vero terram, quam vocat, *absorbetem* primigeniam & elementarem esse volunt, quæ quidem varia combinatione permixtæ, in corporibus terras producunt calcarias, gypseas, argillaceas, & siliceas. Legendus Monges in annotationibus ad Sciagraphiam Bergmanni.

Aquæ

LXI.

Aquæ nomine venit substantia quædam fluida, maxime pellucida, inodora, humida, in vapores, resolubilis, inflammabilitatis expers corpora salina dissolvens, & ad trigesimum secundum Farenheittani Thermometri gradum congelascens. Hanc substantiam inter elementa & principia sensibilia corporum esse reponendam adeo certum est, ut non defuerint Philosophi, qui eam unicum esse corporearum rerum principium existimarent. Porro Princeps Thales, unus e septem, cui sex reliquos concessisse primas ferunt, ex aqua dixit constare omnia, teste Tullio lib. 4. qq. Accadem. Cap. 37. ea motus ratione, ut refert Plutarcus, quod ipse solis ignis, siderumque aquarum experientis alatur, quinimo & Mundus ipse: hancque ob causam, ait, dixisse Homerum: Oceanus cunctis præbet primordia rebus. Profecto elementum hoc in solidis corporibus occurrit, atque in quibusdam, minimas eorumdem particulas uniendo figendoque, eorum soliditatem efficit. Sic pulveres gypsi, admixta aqua, paulo post in lapidem indurescunt: idem fere accidit calci arena temperatæ. Argilla quoque per se non adeo potest igne indurari,

nisi

nisi prius aqua valide subigatur. Fluida pariter, licet inflammabilia sint, qualis est vinum, per analysim chymicam & ustionem principium aqueum exhibent, quod phlegmatis nomine venire solet. Educitur pariter vi ignis ex firmis omnibus partibus Regni Animalis & Vegetabilis. Aqua est gluten, quo Fossilia & Mineralia solidescunt, ea nutriuntur & crescunt plantæ, in aere semper præsens est, in flamma ipsa aqua exhibetur dum exusta corpora fumum ac fuliginem gignunt. Est itaque Aqua inter chemica corporum elementa adnumeranda. Hæc autem pura & elementaris, nullisque omnino particulis peregrinis mixta nulla hactenus arte potuit obtineri, ne illa quidem quam Chemici repetitis destillationibus demum obtinent. Verum de his fusius a nobis in Hydrologia pertractabitur.

LXII.

Aer est fluidum illud tenue, pellucidum, nobis circumfluum, quod aditum dat luci, calori, motui sonoro, odoribus, vaporibus, quod ad omnes figuræ corporum accommodatur; gravitate atque elasticitate donatum. Fluidum hoc inter sensibilia & chemica corporum principia numerari debere innumeræ observationes ab Ha.

Halesio, Boyleo, Priestlejo, aliisque Cl., viris habitæ ostendunt; atque ex tentaminibus, quæ in aerostatica, & aerologia a nobis conficientur evidenter constabit, quod aer inter corporum elementa latet, ipsis est intertextus, & fluiditatem ac elastierium suum deponit, donec decomposita corporum compage ab iisdem iterum educatur, pristinamque aggregationem recuperet. Cum habitum aereum possideant fluida quamplurima, hinc ad duas supremas classes revocamus omnes cognitas haec tenus aeris species: nimirum ad aeren respirationi, alendæque vel conservandæ flammæ idoneum & necessarium, & aerem mephiticum. Aer perennandæ vitæ necessarius, atque combustioni idoneus, vel est purissimus, qui a Priestlejo & Maquero *dephlogisticatus*, & a Scheelio *aer-ignis* denominatus fuit, vel est aer communis, seu atmosphæricus dictus. In hoc atmosphærico aere, tamquam in oceano aereo quarta pars dumtaxat aeris purissimi continetur, reliquum autem est a mephiti conta.

minatum. Hujuscce autem mephitis ^{II}₁₆ phlogisticæ sunt, atque ^I₁₆ spectat ad mephitim vienosam, ut observat Joannes Leonhardy:

O

in

in additamentis ad opuscula chemica Schie-
elii . Altera classis continet omnes illas ae-
ris factitii species , quæ mephiticæ , & ad
respirationis munus obeundum inidoneæ
evadunt . Fluida *aeriformia* & *gazo/a* , quæ
in hac classe continentur aliqua sunt in-
combustibilia , & aquæ miscibilia , uti sunt
illa , quæ vel mephitim *vinosam* , vel me-
phitim *muriaticam* , vel mephitim *acido-*
sulphuream , vel mephitim *fluoris minera-*
lis , vel denique mephitim *acetosam* con-
tinent . Quædam vero & incombustibilia
sunt , & ab aqua dissolvi nequeunt : uti
sunt illa , quæ mephitim *nitri phlogisticam*
vel mephitim *aeris phlogisticum* comprehen-
dunt . Aliqua inflammabilia quidem sunt ,
minime vero apta ut cum aqua valeant
misceri , uti est aer ille , qui vulgo *inflam-*
mabilis nuncupatur . Aliqua denique me-
phitim combustibilem continent , quæ cum
aqua permisceri potest : istiusmodi sunt aer
hepaticus , & aer *alcalinus volatilis* ; ut fu-
sus in aerologia explicabimus .

LXIII.

Quartum denique elementum , *ignife-*
rum dictum , est substantia illa quæ ex pro-
pria indole vel potest motum igneum subi-
re & inflammari , velflammam communi-
ca.

care corporibus, in quæ irruit. In eo autem principio duo sunt distinguenda: nimirum illud quod pabulum ignis, seu phlogiston appellatur, alterum quod corporibus ardendi facultatem præbet, & sub materiæ calorificæ nomine venit. Utrumque hoc principium in corporibus latitat combinatum, atque proportionaliter ad quantitatem materiæ calorificæ, quæ in corporibus introducitur, phlogistum excluditur, & vicissim phlogisto superaddito, e corporibus ignifera materia dilabitur: Utraque hæc elementaris substantia in omnibus corporibus triplicis Naturæ Regni reperitur, cum hoc tamen discrimine, quod quædam corpora calorifica materia abundant, quædam vero magnam in seipsis phlogisti copiam admittunt. In Regno minerali cum primis phlogiston redundat in bitumine, sulphure, succino, naphta, petroleo, zinco, antimonio, regulo arsenicali, atque in omnibus terris pinguibus. In metallis quoque phlogiston reperitur, & pro præcipua cohaesionis, ductilitatis, & ad fusionem prontitatis causa habetur. Etenim metalla, quæ calcinationi obnoxia sunt, phlogisto orbata, in calcem dictis proprietatibus destitutam abeunt. Ut primum vero ipsis phlogiston restituitur, pristinas metallicas proprietates; ductibilitatem nempe, & splen-

dorem recuperant. In Regno animali pinguedo, adeps, sanguis abundantem phlogisti präsentiam demonstrant. In Regno denique vegetabili resinæ; olea essentialia plantatum, & Gummi eamdem phlogisti copiam continent. Sunt e contra, quæ paucam phlogisti copiam intra proprios meatus coercent, maximam vero ignis copiam admittunt. Istiusmodi sunt calces causticæ, sales alcalini caustici, & acida pura.

Animadversio.

LXIV.

Corporum omnium triplicis Naturæ Regni diversitas a triplici causa producitur. Prima est diversitas particularum primigeniarum. Earum enim non eadem magnitudo & figura. Altera causa est cohærentiæ memoratarum partium diversitas. Una enim particula alteri potest majori minorive cohærentia uniri: quod quidem maximam diversitatem in particulis elementaribus omnium ordinum producere potest. Tertia tandem causa oritur ex diverso modo uniendi unam particularim alteri. Posunt enim particulæ ita se tangere, ut multum spatii inter se relinquant. Et ita ad se invicem accedere, ut nullum ferre relinquant partium intermedium.

Co.

Corollarium.

LXV.

Diversa itaque partium figura & magnitudo, dissimilis earundem cohærentia, ac denique vacuitates illæ & spatiola intermedia, quæ in contactu particularum elementarium relinquuntur, maximam atque admirabilem in omnibus naturæ corporibus varietatem producunt. De his igitur primo loco nobis erit disputandum.

C A P U T IV.

De varia corporum figura.

LXVI.

Quoniam figuræ corporum superficies eorum constituunt, cum hæ numero, ordine, magnitudine diversæ esse possint, erunt corpora infinite discrepantibus modis figurabilia.

LXVII.

Sunt corpora minima, quæ nudo oculo eamdem figuram habere videntur. Ea

ta-

tameu, si microscopio obseruentur diversa valde pollent figura. Sic arenæ grana nudo oculo similia videntur. At si per Microscopium ea intueamur mira figurarum, magnitudinum, imo & colorum apparebit diversitas. Pulvis alarum Papilionum congeries videtur minitissimorum globulorum: idem Microscopio inspectus plumulas refert elegantissimis coloribus depictas, diversæ magnitudinis & figuræ.

LXVIII.

Solvatur aqua sal ammoniacus, nitrum, & sal marinus. Horum particulæ cum aqua permixtæ nullam figuram nudo oculo obiciunt. Solutio illa levi calore parum evaporata observetur Microscopio. Exhibebit particulæ cubicas sal marinum: prismaticas nitrum: & ramosas sal ammoniacum.

LXIX.

Sunt quædam corpora, in quibus nulla videtur particularum figura. Per Microscopium tamen observata singularem diversitatemque valde imaginem exhibent. Sanguis humanus & sanguis volatilium recens vena emissus ejusdem indolis videtur, & nulla in iis figura partium discernitur. Si ta-

tamen exquisitis exilissimis globulis ex pura
crystallo paratis obseruentur, primus par-
ticulas fere anulares exhibebit, alter ovales
perforatas: uterque vero innumeris saccu-
lis membranaceis maxima linfæ copia reple-
tis, & fluido pellucido circumdati sub Mi-
croscopio apparebit.

LXX.

Subiiciatur Microscopio acetum: li-
quor, qui in Ostreis recentibus continetur,
& aqua, in qua folia plantarum sint ma-
cerata. Istiusmodi liquores, qni nudo ocu-
lo nihil continere videntur, apparebunt
sub microscopica lente, veluti piscinæ ani-
malculorum. Quæ in aceto continentur
anguillulas referent: quæ in liquore Ostrea-
rum figuræ erunt fere globosæ. Tandem
quæ videntur in aqua, in qua folia plan-
tarum sint macerata, diversæ figuræ & ma-
gnitudinis erunt.

LXXI.

Illud in hac corporum figurabilitate
est omnino mirabile, quod corporibus in-
frusta divisis, et si soliditas eorumque mas-
sa imminuatur; superficies tamen non mi-
nuitur, sed referendo ad soliditatem inte-
gri

412
gri corporis augetur semper.

LXXII.

D. Pittot primus fuit, qui in memoriis Accademiæ Regiæ scientiarum anni 1728 ad calculum reduxit proportionem, qua superficies augetur alicujus corporis, dum in varia frusta dividitur: quod fuerat a Galilæo jam pridem observatum. Primo enim ostendit quod in duobus corporibus similibus & inæqualibus superficies minoris ad propriam soliditatem majorem habet rationem, quam superficies majoris ad propriam. Secundo quod earum superficiem rationes relate ad proprias soliditates sunt inter se ut earum latera homologa reciprocè sumpta. Id autem absque sublimioris Geometriæ præsidio sequenti calculo claram & manifestum apparebit. Sume tibi duos cubos ejusdem materiæ, quorum A habeat latus duorum pollicum, B vero habeat latus unius pollicis. Superficies quælibet quadrata lateris corporis A erit pollicum quadratorum 4, & cum sint sex ex his superficiebus, quibus cubus A clauditur, integra hujus cubi A superficies erit pollicum quadratorum 24. Soliditas ejusdem cubi A erit = 8. Nam 2 in 2 dat 4, & 4 in 2 dat 8. Quare superficies hujus cubi A erit

erit ad ejus soliditatem ut 24 ad 8: nempe in ratione tripla; quia 24 ter continet 8. Perspicuum item est in cubo altero B, cuius latus est unius pollicis, quod superficies quadrata erit etiam unius pollicis; cumque sex superficies contineat, hinc integra superficies quadrata corporis B erit pollicum quadratorum 6. Soliditas hujuscō cubi B est unius pollicis. Quare superficies hujus erit ad ejus soliditatem, ut 6 ad 1: nempe in ratione sextupla; ac proinde superficies hujuscē cubi minoris B ad suam soliditatem habebit majorem rationem, quam majoris ad suam.

LXXXIII.

Alterum quod asseritur a D. Pittot est: quod rationes superficierum ad soliditatem in corporibus similibus sunt reciproce ut eorum latera homologa. Et fane in superiori exemplo ratio superficiei cubi A ad ejus soliditatem est tripla: nempe per numerum 3 exprimitur. Ratio cubi minoris B est sextupla nempe per numerum 6 designatur. Latus majoris est = 2 minoris vero = 1. Quare ratio majoris cubi seu 3 est ad rationem minoris cubi seu 6; ut latus minoris 1, ad latus majoris 2. Nam sicuti 3 in 6 bis, ita 1 in 2 bis etiam con-

P

ti.

tinetur: seu quod idem valet superficies sunt inter se ut latera homologa inverse. Quod erat alterum. Eadem Doctrina valet in omnibus solidis similibus vel sint regularia vel irregularia; vel recta, vel ex curvis composita; modo sint inter se similia: nam considerari possunt veluti ex plurimis solidis exilibus constantia.

Corollarium 1.

LXXIV.

Hinc dato numero partium, in quas corpus dividitur, radix cubica hujus numeri ostendet quantum superficies sit aucta. Ita si cubus in octo cubos divisus fuerit, cum radix cubica numeri 8 sit 2, superficies cubi ita secti erit duplo major prima superficie. Sic etiam si globus in 1000 globulos divisus fuerit, superficiem decuplo maiorem primam ita sectus obtinebit; propere quia radix cubica numeri 1000 est 10.

Corollarium 2.

LXXV.

Hinc quo magis est aucta superficies corporum divisorum, eo magis augetur vis cor.

corporum talem superficiem impellentium.

Scholium.

LXXVI.

Hoc Corollarium mirifici usus est in
tota Physica, ex eoque facile redditur ra-
tio multorum phænomenorum. Hinc in-
telligimus cur ventus, qui saxum ingens
difficulter movet, pulverem vero ejusdem
ponderis quam facillime excitet. Cur sa-
xum aliquod longius a nobis mittatur, quam
pulvis ejusdem ponderis. Cur duo globi
inæquales emissi a tormento bellico, qui
major est, longius ibit minore. Cur vis,
quæ requiritur ad trahendas vel impellen-
das naves contra fluminis cursum, non est
ullimode proportionalis earum magnitudi-
ni, sed dumtaxat rationi quam habet ea-
rum superficies ad soliditatem & pondus.
Quo fit ut duæ onerariæ naves inæqualis ma-
gnitudinis habentes latera homologa, in
navi minori major erit ratio superficiei ad
suam soliditatem præ majori. Cumque re-
sistentia sit in proportione superficiei, ma-
jorem resistentiam navis minor in suo cur-
su ab aqua sustinebit. Naves itaque ma-
iores ad vehendas in fluminibus merces
minoribus aptiores erunt. Intelligimus præ-

terea cur tanta sit vis medicamentosa mercurii ad morbos pertinaces depellendos, cum ipse facilissime in inumeros exilissimos globulos resolvatur, & cur vis maxima insit aquae in vapores resolutae. Si enim supponamus mercurii vel aquae guttam in decies centena millia globulorum resolutam fuisse, cum radix cubica hujus numeri sit 100, superficies centies major evadet. Intelligimus denique cur corpora minora magis premantur ab aere quam majora, si ambo similia fuerint. Ita si homo sit duplo altior pueru, superficies pueri relate ad suam soliditatem erit ad superficiem hominis relate ad suam, reciproce ut eorum latera homologa: idest ut 2 ad 1. Et alia id genus millena plura, quae passim occurruunt.

C A P U T V.

De mirabili subtilitate partium corpora componentium.

LXXVII.

EX tam variis figuris animalculorum, quas praesidio microscopiorum observavimus, deducere jure merito possumus quam miranda sit subtilitas partium elementarium, & quam minutissimae sint par-

ti.

ticulæ illæ , in quas materia dividi potest : Si enim in guttula aceti plurima animalcula obseruantur anguillulis similia ; si in humore concharum ostrearum videnda se exhibent tot natantia animalcula . Si denique in pulvere putrescentis casei vitro impositi observamus animalcula sex vel octo pedibus instructa ; quam exigua per Deum immortalem , necesse sint organa illa , quibus motus & nutritio memoratorum animalium perficitur ? quinam eorumdem passus , qui pedes , qui oculi , quæ pupillæ , quæ membranæ & tunicæ pupillarum , qui humores , quæ partes singulæ humorum ! quam delicatuli musculi ad motum necessarii , glandulæ ad liquores separandos , fibræ , membranulæ , tunicae , venæ , arteriæ , nervi & hisce similibus canaliculi numero fere infiniti ! Hæc certe tam erunt exigua , ut nemo , tametsi nervos ingenii contendat omnes , ejusmodi ideam sibi facere possit , quod proœctio elegantissime complectitur T. L. Carus lib. 4. de rerum natura a v. 114.

Exordia rerum

*Cunctarum , quam sint subtilia percipie
paucis .*

*Primum animalia sunt jam partim tantu-
la , eorum*

Ter.

*Tertia pars nulla ut possit ratione videri .
Horum intestinum quodvis quale esse putandum est !*

Quid cordis globus , aut oculi ! quid membra ! quid artus !

Quantula sunt !

Cum solertissimus Naturæ indagator Le. wenoekius plura animalcula in lacte unius Aselli deprehendisset , placuit Keillio horum animalculorum magnitudinem veram calculo investigare , & deprehendit unum- quodque ipsorum æquale esse vigesimæ septimæ parti mille billionesimæ digiti cubici . Globulum sanguinis uniuscujusque animalculi esse adeo tenuem , ut si digitus cubicus in decem quintiliones divisus supponatur , una ex his partibus plus quam octo particulas sanguinis contineat sua magnitudine . Ac denique , quod plures particulæ sanguinis horum animalculorum essent necessariæ ad unum arenulæ granum componendum , quam arenularum numerum continet altissimus totius Telluris Mons , qui in Insula est Teneriffæ , & vocatur *El-pico di Teneriffa* . Quin immo decem mille ducenti quinquaginta & sex montes , quorum unusquisque æqualis est altissimo totius Telluris Monti , non tot possunt in se continere arenulas , quot una arenula possit in

in se continere particulas sanguinis animalium, quæ per microscopia in quibusdam fluidis natantia cernuntur: Ue subtiliori calculo inito Keilius demonstrat;

LXXXVIII.

Mira hæc, & incomprehensa particularum subtilitas explorata etiam nobis redditur exemplo desumpto ab odorum diffusione 1. Flores Jasmini, Aurantii, aliquique in medio viridarii vel hortuli positi fundunt odorem gratissimum per totum viridarium & extra, quin quo ad sensum minuantur. 2. In insula Ceilam in India, ubi Cinnamomum, & Caryophillum & alia aromata odoratui quam gratissima nascuntur, Nautæ ad 20, vel 30 millia passuum præstantissimum odorem sentiunt. Canes venatici ferarum effluvia in terra relicta, longo post decepsum ferarum tempore percipiunt. Aves carnivoræ putrescentis cadaveris odorem ad magnam distantiam sentiunt. Quæ satis ostendunt quam copiosa ac pene incredibilis sit effusio partium odoratarum, quæ tam immensa spatio replete debent. 3. Granum thuris in ignem positi replet totum conclave odore suo. Affæctidæ granum odorem insuavem & sensilem: Moschi vero suavissimum & pe.

penetrantissimum diffundit ad 10 pedum distantiam. Ut Moschi & Assæfetidæ particulas odoras ad calculum reducamus: ponamus non ultra 5 pedes per circulum odorem sentiri: Cum quilibet pes 12 pollices habeat, erit sphæræ diameter 120 pollicum. Ponamus in quolibet pollice solido nonnisi 4 particulas odoras existere (etsi multo plures sint judicandæ ut vellicent fibras ac organum odoratus afficiant) si 120 in 4. ducamus, erit sphæræ odoriferæ diameter partium 480. Diameter sphæræ ad circumferentiam habet eamdem rationem quam 7 ad 22, vel juxta alios 100 ad 314. Hinc per regulam auream quartus proportionalis numerus declarans circumferentiam maxi.

mi sphæræ circuli erit $1507 \frac{1}{5}$. Cum autem

superficies sphæræ habeatur ducendo maximum circulum sphæræ in diametrum, erit hujus sphæræ superficies 723456. Cumque soliditas sphæræ cognoscatur ducendo superficiem in tertiam partem semidiametri, si ultimum numerum ducamus in 80, aequalem tertiae parti numeri 240, dabit 57876480 partes pollicis solidi, seu partes odoras, quæ continenter effluunt ex grano Assæfetidæ vel Moschi. Porro si eadem ratione investigare volueris, quot partes odoræ

Jas-

Jasmini in toto viridario ? quot cynamomi in spatio ad 20 aut 30 millia passuum circa Ceilanum existunt ? quot inodora effluvia a putrescente , cadavere transmituntur ? Tam magnus numerus prodibit , ut qui summam subducet , sibi incredibile , videatur .

LXXIX.

Miram hanc particularum subtilitatem ostendunt etiam divisiones illæ corporum , quæ arte fieri possunt . Robertus Boyle multis tentaminibus constare fecit granum unum auri in tenuissimas lamellas ductum quinquaginta digitos quadratos æquare . Si supponamus digiti quadrati latutis bis centum partes visibiles continere , in toto digito quadrato erunt quadraginta millia ejusmodi partium visibilium quadratula . Unde 50 digitii quadrati continebunt duo miliones quadratulorum visibilium . Habent vero singula quadrata duas distinctas superficies , superiorem scilicet & inferiorem . Erunt ergo in uno auri grano quatuor miliones partium visibilium . Quod si istiusmodi auri granum in lamellas ductum Microscopio subiicias , quod diame- trum objectorum triginta sex vicibus ma- jorem reddat , etiam triginta sex vicibus

Q

mul-

multiplicabuntur partes visibiles prædicti grani.

LXXX.

Licet vero mirabilis sit hæc auri divisio, longe tamen major & mirabilior est cum ab Opificibus in fila ducitur, dum ea inaurata cupiunt efformare. Cylindro argenteo longitudinis 22 pollicum Parisiensem & diametri linearum 15 superiniiciunt unciam auri. Hic cylindrus ope cuiusdam machinæ calibeæ, decrementibus foraminibus instructæ, producitur adeo ut ejus longitudo adæquet 97 leucas communes Parisienses. Leuca continet pedes 31400, qui ducti in 97 dant longitudinem fili inaurati pedum 3045800. Nihilominus tale filum etiam microscopio observatum in omnibus suis partibus recte coniectum auro apparet, nihilque nudum animadverti potest. Et si pars aliqua fili in aquam formem iniciatur, solvitur interius argentum, & remanent exigui tubuli aurei perquam subtilissimi.

LXXXI.

Hoc filum opifices instrumentis suis adhuc complanant, ut quam facillime filum

Ium lineum conuestiri possit. Atque haec complanatio duo praestat: unum ut filum in longitudinem septima parte producatur, per latitudinem vero duplo extendatur. Quo ipso tanta est tenuitas aureæ laminæ, ut ad decimam tertiam, aut quartam decimalam millionesimam partem pollicis sic redacta. Ut conspici potest in calculo a Cl. Reamurio instituto, & in actis Accademie Parisiensis ad annum 1713 descripto: Nobis autem satis sit sine ullo ulteriori calculo intelligere, quam incredibilis debeat esse ista auri ductilitas, & quam exiles particulæ in qualibet parte visibili existant.

LXXXII.

Hanc eamdem lamellarum in metallis subtilitatem experimento demonstrat Cl. Nollellus, cuius apparatus ab eodem exhibetur. Tribus vel quatuor ferreis aciculis superponatur nummus vel aureus, vel argenteus, vel æneus, & inferior ac superior ejus superficies involvatur flore sulphuris. Si sulphur accendatur, fumus incensi sulphuris ita poros nummi penetrabit, ut in plures tenuissimas bracteolas numerus cultello dividi possit, quorum aliquæ nullum sensibile ponderis decrementum in moneta ostendent.

Q 2

Præ.

LXXXIII.

Prætermittimus hic recensere & describere miranda illa opificia, quæ a D. Power, & ab Henrico Bako enarrantur, ut hanc materiæ subtilitatem confirmemus, quorum primus afferit se vidisse auream catenulam ex tercentum anulis contextam longitudinis unius pollicis, tantæque existitatis, ut a musca traheretur: alter vero in suis observationibus microscopicis narrat a Perito Artifice fuisse confectam machinulam ponderis unius grani, quæ sellam gestatoriam cum personato homine intus ad similitudinem continet. Vereor enim, ne vosmet ad assentiendum difficiles præbeatis, atque existimetis enarrationes illas non esse omnino immunes a fuligine falsitatis.

LXXXIV.

Denique ingentem hanc particularum corpora componentium subtilitatem demonstrant tum solutiones colorum in aqua, quorum granum unum est aptum vivido colore tingendi maximam aquæ copiam, tum etiam subtilissimæ lucis particulæ, quæ ab ellychnio candelæ sebaceæ serena nocte ardantis emittuntur. Candles quippe accensæ

sa poterit ad duo milliaria , seu ad decem mille pedum distantiam percommode conspicere , quod perinde est , ac lumen candelaæ sebaceæ adeo amplificari , ut spatium sphæricum replere possit , cuius semidiameter est decem millia pedum . Quod vero mirabilius est : hæc eadem candela sebacea , ponderis duarum unciarum & semis , ad quinque horas percommode ardere solet . Quinque horæ continent 18000" , unde ciæ duo cum semisse conficiunt grana panormitana 1031 . Quo sit ut uno minuto secundo nonnisi decimaseptima pars circiter grani sebi consumitur ; particulæ itaque lucis , quæ ab una decima septima parte grani sebaci diffunduntur , aptæ sunt ad replendam sphæram tam amplam , quæ semidiámetro decem millium pedum correspondet : quod profecto captum & imaginatio nem superare videtur .

C A P U T VI.

De corporum porositate .

LXXXV.

VIdimus capite superiori , quod extima corporum superficies , quæ extensio nem modificat , corporum figura appellatur

tur. Sub hac superficie continetur illud, quod **volumen** dicitur. Volumen autem corporis est aggregatum partium solidarum, & interstitiorum simul, quæ in dato corpore continentur.

LXXXVI.

Partes solidæ, quæ in hoc volumine continentur, vocantur **quantitas materiæ**, seu **Massa**. **Interstitia** vero, quæ, in contactu particularum solidarum relinquuntur, **Pori** appellantur. Determinatus numerus particularum solidarum, vel materiæ, quæ sub dato volumine continentur, est **densitas corporis**. Hinc quo densius redditur aliquod corpus, servando idem volumen, eo majorem massam, seu majorem numerum particularum solidarum continebit.

LXXXVII.

Cum in omnibus corporibus minimæ particulæ sint tali modo acervatae, ut non tota sua superficie se tangant, sed alicubi distent, relinquentes spatiola, quæ ab aliis corporibus occupari possunt, ut experientiis variis demonstrabimus, hinc corpora omnia porosa esse dicimus, & **quantitas materiæ**, ex qua corpora componuntur sem-

semper minor est eorum volumine , seu eo spatio , quod ab iisdem comprehenditur . Hinc quanto magis massa approximatur volumini corporis , tanto corpus vocabitur densus , & e contra quanto magis differet tanto rarius erit .

LXXXVIII.

Densitas itaque exprimi poterit per fractionem , cuius numerator denotet massam dati corporis , & denominator ejusdem volumen ; natura quippe fractionis ea est , ut augeatur ejusdem valor , si remanente eodem denominatore crescat numerator ; immittetur vero si sub eodem numeratore denominator crescat . Quare si densitas dati corporis vocetur D. massa M , & volumen V , formula exprimens valorem

densitatis erit $D \equiv \frac{M}{V}$, & propterea illa

exprimens valorem massæ erit $M \equiv DV$. Ac denique formula exprimens volumen

erit $V \equiv \frac{M}{D}$.

LXXXIX.

His in antecessum prælibatis , corporum

rum omnium , quæ tractari a nobis , possunt porositatem observationibus & experimen- tis deprehendere satagamus . Ac primum quidem vegetabilium omnium poros copio- fissimos eorum anatome demonstrat . Con- stat siquidem ex observationibus Portæ , Malpighii , Halesii , & aliorum : radices , cortices , ligna , medullas , folia plantarum , continere utriculos , & tenuissimos canales , per quos succus nutritius defertur , & ex aere aeris portiones attrahuntur . Hæc ju- cundissima varietate per Microscopja ob- servantur . Enunciata enim corpora innume- ris foraminibus pertusa & veluti cribrifor- mia apparent . Præterea partes quæcumque plantarum in tenuissimas paleolas & laminas dissectæ , pellucidæ videntur . Quod argu- mento est poros copiosissimos continere , per quos lux penetrare possit . Id autem splendidissime appareat ope spiralis cultri a peritissimo Cuming Artifice Londinensi elaborati , qui in regia militari Accade- mia Neapolitana asservatur , quo 'pollex cujuslibet ligni in bis mille laminas sub- tilissimas secari ac dividi potest . Eamdem vegetabilium porositatem duobus experi- mentis confirmabimus .

Re.

XC.

Recipienti vitro cylindrico , seu campanæ vitreæ utrumque apertæ imponatur vasculum e ligno duro ita efformatum, ut fibrarum ductus sursum spectent , eique affundatur aqua , vel mercurius . Si cylindrum vel campanam vitream ita instructam antliæ pneumaticæ disco applicuerimus , aere ex eodem exantlato pro ratione rarefcentis intus aeris aqua vel mercurius per poros vasculi in subjectum vas transeuntes amenam pluviae speciem exhibebunt . Nimirum rarefactione aeris intra campanam inclusi fit , ut exterioris , qui infundibulo vel vasculo incumbit , pressio prævaleat , li quoremque per poros vasculi urgeat . Idem observabimus si vervecinæ pelli includamus mercurium , eamque superius bene colligatum digitis comprimamus ; mercurius enim per poros pellis transbit , solis folidibus intra eamdem relictis .

XCI.

Alterum experimentum suppeditat nobis liquor ille , qui vulgo atramentum sympatheticum vocatur . Liquor hic modo conficitur . In Phiala vitrea cum aceto di-

R

fil.

stillato uncia circiter lythargyrii solvatur, hæcque in igne sinatur medio quadrante ebullire. Solutio percoletur, ut liquor clarus & limpidus evadat. Paretur alter liquor ex commixtione auri pigmenti, calcis vivæ, & aquæ communis, qui quidem hoc pæsto conficitur. In vas mundum testaceum infundantur unciæ sex aquæ puræ, illi imponitur semiuncia auri pigmenti, & duplum calcis vivæ; atque elapsis 24 horis alter hic liquor percolatur, & in phiala obturaculo vitro munita includitur. Jam priore illo liquore inscribe characteres in carta alba. Carta ista, quæ nullum præsefert characteris signum, dum est exiccata, locetur inter prima folia alicujus libri, qui quingentas circiter paginas contineat: tum ope spongiæ aut penicilli aliud cartæ folium secundo illo liquore madefiat, hocque folium e regione prioris in eundem librum post 400 aut 500 etiam paginas include: librum denique prelo constringe. Ubi post quinque aut sex minuta librum aperueris, in carta primis foliis inserta characteres illi, quos eidem atramento sympathico inscripferas jam nigro colore ad flavum accedente expressos reperies, ut commode legi possint. Nempe subtilissimæ alterius illius liquoris, quo spongia imbuiatur, particulæ, per poros foliorum libri ad eam

eam cartam, quæ characteres invisibles, nullumque vestigium ostendentes continet, eluctantur, plumbeas particulas in aceto prius æquabiliter dispersas ad tese accedere cogunt, colorem characterum immutant eosque subnigrescente colore visibles reddunt.

XCII.

Altera atramenti sympathici compositione haec est; solvatur in aqua forti portio aliqua Wismutthi (quod genus est semi-metalli). Hujusmodi solutio relinquatur usque dum ad claritatem accedat ceruleo-scentem instar aquæ. Hoc atramento scriibe. Erunt characteres invisibles. Si haec scriptura exponatur vapori hepatis sulphuris, etiam si intermediet tabula vel paries, vapor ille poros tabulæ vel paries penetrabit, & characteres invisibles deteget.

XCIII.

Tertium denique atramentum sympatheticum est illud, quod describitur a Valerio in Tom. 2. Systematis Mineralogici, a D. Leehmanno in sua Cadmiologia, & adinventum fuit ab Hellot, ut narratur

R 2

in

in memoriis Accademiæ Scientiarum ad annum 1737. Compositio autem est hujusmodi. Solvatur in aqua forti portio aliqua Cobalti (quod etiam genus est semi-metalli). Solutioni bene saturatæ addatur muria salis communis concentrati. Hac solutione si scribas, litteræ erunt invisibilis. Igne vel calore admoto fiunt visibles: colore pulcre viridi. In frigore iterum invisibles evadunt. Si denuo admoveatur calor, fiunt iterum eodem colore visibles, quod sæpius repeti potest. Cum autem hoc semimetallum non ita de facili comparari posit, loco ejus substitui poterit quod ab Aromatariis & colorum venditoribus vocatur *Smaltino*. Ab hac *Saffera* seu *Smalta* ope aquæ regiæ extrahitur terra metallica cobalti. Dicitur haec solutio cum parva quantitate aquæ, ne fortius in cartam agat, eamque corrodat. Hac solutione si scribas illa eadem phænomena apparebunt superius a nobis descripta.

XCIV.

Quæ quidem experimenta satis ostendunt in vegetantibus plurima foramina contineri, per quæ, veluti per cribrum tum aqua, tum mercurius, tum vapor atra-

atramenti simpatici facillime transire possunt.

XCV.

Quod de vegetabilibus diximus, idem de corporibus animalibus est afferendum. Horum siquidem poros demonstrat perspiratio insensibilis, & effluvia illa, quibus corpora quaecumque animata ita assidue scatent, ut juxta Sanctorii, & Dodart observationes in fano ac vegeto corpore ex octo libris alimenti quinque quotidie per sensibilem & insensibilem illam transpirationem a nostris poris emitantur. Cl. Bertolonus in pereleganti tractatu *del Electricite du corps humain* tom. I. sec. 2. Cap. I. Cum frustulum humanæ cuitatis longitudinis unius pollicis Microscopio acutissimo subjecisset, numeravit in eo poros seu vacuola mille: duodecim milles in extensione unius pedis. Hinc ad calculum revocando integrum superficiem humani corporis regularis mensuræ, quæ ut plurimum æqualis est quatuordecim pedibus quadratis; deduxit in ea reperiri bis mille & sexdecim milliones pororum. Corpora præterea animalia per partem quamcumque a fluidis penetrantur, ignis & lux per ea libere transeunt, & denique

que ab iisdem corporibus ope machinæ pneumaticæ aer magna in copia extrahitur, ut in ovis ope machinæ pneumaticæ experiemur.

XCVI.

Fossilium poros ostendit penetratio ignis, aquæ, mercurii, menstruorum, acidorum; Experimento pariter constat durissimos lapides humide glebæ impositos, in qua rubiginosi ferri, vel æris fragmen-ta interspersa sint, glebæ humorem intra se recipere ad oppositam usque superficiem: quæ idcirco rubiginis, & eruginis maculis infecta appetet. Ea ratione marmora & lapides tingi possunt ope spirituum, in quibus resine sint solutæ; quod indicio manifesto est particulas quascumque horum fossilium poros copiosissime continere.

XCVII.

Metallorum porositatem ostendet pri-mo Experimentum Clarissimi Nolletti. Tribus vel quatuor ferreis aciculis superponatur numenius vel aureus, vel argenteus, vel æneus. Inferior ac superior ejus, superficies involvatur floribus sulphuris;

Su. I

Sulphur accensum penetrabit ita poros numini, ut in plures tenuissinas bracteolas possit separari. Eamdem porositatem demonstrare poterimus accurato illo instrumento a Muskembroekio excogitato, quod vocatur pyrometrum. Eo quippe observamus metalla omnia in igne rarefieri, & determinatum expansionis gradum subire. Nostri autem pyrometri constructio longe simplicior est ea, quæ a præfato Cl. Viro describitur, eamque ante oculos vestros objicimus, ut de facili cognosci & percipi possit. Videlis in hac machinula capsulam oricalceam, in qua ponitur spiritus vini ad nutrienda ellychnia, quibus accensis metallica corpora possunt calefieri. Paratas habetis virgas metallicas ferri, calybis, cupri, oricalci, stamni, plumbi (Nam aureæ, & argenteæ virgæ defectum supplebit Excellentissima nostra Deputatio) figuræ parallelopipedæ, in acumen desinentes, ut duplicit foraminis sustentaculorum valeant aptari. Innixa normaliter uni fulcro appareat lamina, quæ circuli gradus insculptos habet, cui index mobilis est annexus in centro, ut cum virga dilatatur ab igne, impelli possit, & sursum ascendere. Hæc nostri pyrometri simplicissima constructio; atque hujus ope nobis explorantibus constabit me.

metalla omnia dilatari , proindeque innumeris poris esse interspersa , per quos ignis particulæ ad instar cunei fere valent intromittere .

Scholium 1.

XCVIII.

Pororum magnitudo figura , multitudo in variis corporibus diversa est , nec facile describenda . Nonnulla corpora tantam pororum copiam habent , ut vix partibus solidis constare videantur , ut est suber , spongia , lignum populeum ec . Facit vero talis pororum diversitas , & diversa figura ut quædam corpora ab aliis penetrabilia sint , alia non item . Sic Spiritus nitri glauberianus , sal volatilis urinæ , Æther Phrobenii per poros vitri albi transeunt . Moschi effluvia penetrant ligneas capsulas , & parietes . Fluida electrica facile transeunt per corpora metallica ; per vitra vero , & resinas difficillime .

Scholium 2.

XCIX.

Quantum pororum corpora contineant
de-

determinari minime potest. Si vero corpus aliquod perfecte solidum porisque destitutum esset, cognosci posset ex illius cum aliis comparatione quantum porosi cætera corpora contineant. Si v. g. pollex cubicus hujus corporis uncias duas ponderaret, pollex vero cubicus alterius corporis unciam unam ponderis æquaret, in altero hoc corpore extensio porosa extensioni solidæ æqualis esset. His ergo ita se habentibus atque in incerto de numero pororum, ut constet quantum solidi, & quantum porosi corporibus insit, cum corporibus illa sunt comparanda, quæ per experimentum constat esse omnibus minus porosa, quale est aurum. Aqua V. G.

Sub eodem volumine vicibus $19 \frac{1}{2}$ minus

gravis est quam aurum. Est ergo extensio porosa aquæ ad extensionem porosam

auri ut $19 \frac{1}{2}$ ad 1. Si dimidium auri pororum esse supponamus, erit quod in aqua est porosum ad id, quod in ea est solidum, uti 39 ad 1. adeoque massa seu quantitas materiæ in aqua æqualis erit unicæ

trigesimæ nonæ voluminis parti, seu $m = \frac{v}{39}$

posito quod in auro pori dimidiam voluminis partem efficiant, seu quod in aure

$$M = \frac{V}{2}$$

Corollarium.

C.

Ex iis, quæ hactenus de poris disputavimus, deducitur in quolibet corpore duplice materia contineri: propriam scilicet & impropriam. Propriam dicimus, quæ corpus illud constituit, & cujus partes eam coherentiam habent, quæ ad corpus illud efformandum requiritur. Impropria vero, quæ inter partes materiae propriæ posita est, nec ad illius corporis compositionem videtur pertinere, cum ejus poros solummodo repleat.

CA.

C A P U T VII.

De corporum attractionibus & co-hærentia.

C I.

DIversitas illa, qua minimæ & primigeniæ particulæ in se invicem cohærent, est tertia causa superius a nobis producta, qua tam mira corporum varietas in triplici Naturæ Regno observatur. Cohærent autem primigeniæ particulæ dum divulsioni resistunt. Divulsioni autem resistunt, quia sese invicem attrahunt; atque adeo cohæsionis & attractionis vim ab eodem fonte esse mutuandam cum clarissimo Neuttono censemus.

C II.

Attractionem prælaudatus Philosophus appellat accessum reciprocum, aut alternum corporum sine causa impellente, & tendentiam eorum in se mutuo, aut ad centrum aliquod, quod centrum virium nominatur.

S 2

Et

CIII.

Est autem hæc attractio duplex. Una inter magna corpora, & ad magna intervalla exeretur. Altera inter minimas corporum particulas, & ad exigua tantum intervalla.

CIV.

Attractionem inter magna corpora demonstrat sistema planetarium. Revolvuntur quippe circa Solem quinque corpora cælestia sive Planetæ: Mercurius scilicet, Venus, Mars, Juppiter, & Saturnus. Tellus quoque ipsa, cui insistimus, assidua rapitur vertigine, dummodo sacrorum voluminum auctoritas probe intellecta Tellurem ab hac lege non excipiat. Ita vero moventur circa Solem, ut radiis ad Solem ipsum ductis areas describant temporibus proportionales. Simillime circa Saturnum quinque satellites, circa Jovem quatuor alii, ac Luna denique circa Terram feruntur. Cum vero istiusmodi motus sieri nequeant nisi per vim ad punctum illud tendentem, circa quod areæ temporibus proportionales describuntur, patet Planetas primarios in Solem teu-

tendere, & secundarios in primarios Praeterea secundarii, & primarii planetæ in se se invicem tendunt, aut se se invicem attrahunt. Hanc attractionem confirmant errores in motu Saturni & Jovis observati, ex mutua eorum attractione oriundi. Maris æstus a Solis, & Lunæ actionibus pendens. Figura elliptica Planetarum ex motu circa Solem, aut secundariorum circa primarios, per quam altior ubique est planeta sub Äquatore, quam sub polis, & acquirit ex motu circa axem figuram sphæroidis depresso. Äquinoctiorum præcessio. Axis terrestris nutatio. Immunitio obliquitatis Ecclipticæ, aliaque irregularitates in motu Apsidum, Nodorum, quas vires perturbantes reciprocæ attractionis inducunt. Sed de his in Astronomia fusius agitur.

CV.

Ad alteram itaque attractionis speciem, quæ inter minimas corporum particulas & ad exigua intervalla exercerit potest gradum faciamus. Ab hac vero attractionum specie excludimus attractionem magneticam & attractionem corporum electricorum, de quibus sigillatim agemus.

Per.

CVI.

Porro mutuam attractionem inter minimas corporum particulas tot experientia & observationes commonstrant, ut non modo lusciosum, sed cæcum natum eum oportet esse, qui audeat negare. Nos autem celebriora experimenta feligimus sumpta ex quinque fontibus, nimirum 1° Ex fluidis homogeneis vel heterogeneis 2° Ex cohaesione corporum levigatorum, 3° Ex fluidis cum solidis comparatis 4° Ex solutione metallorum & salium, 5° Ex chymicis affinitatibus.

Experimenta desumpta ex fluidis homogeneis, vel heterogeneis.

CVII.

In vase aliquo ad instar Iucernæ conformato misceantur tria fluida: oleum nempe, vinum generosum & aqua, & maxima agitatione perturbentur. Immersantur deinde in hisce fluidis tres filamentorum fasciculi ex gossypio ad instar ellychniorum, quorum quilibet ab uno tantum liquore fuerit madefactus. Collocentur distantes inter se: videbis quodlibet ellychnium attrahe:

trahere dumtaxat illum liquorēm, quo prius fuerat imbūtum; adeo ut si in diversis receptaculis guttae, quae & saturato gossypio evomuantur & decidunt, colligantur: in uno rōperies oleum, in altero aquam, in tertio denique vinum. Hoc autem experimentum aptissimum est ad explicandam illam secretionem humorū, quae a sanguinis massa in tot glandulis & canaliculis humani corporis deponitur. Sic ab Hepate bilis, a conglomerata Pancreatis glandula succus pancreaticus, & glandulis stomachi succus gastricus, & Parotidum glandulis saliva &c.

CVIII.

Sume tibi tubos vitreos, sed foraminis exilissimi quos capillares vocant, ultraque ex parte apertos, bene litateo perpolitos, ac immerge in vas plenum aqua colorata, quo melius motus liquoris conspicī possit. Videbis liquorēm adseendere ad altitudinem linearum 20. Si amplius supra aquæ libellam, ibique subsistet, nec cadet tametsi educas tubos a vase.

CIX.

Si loco aquæ vas argento vivo plenum

num fuerit, hoc non ingreditur tubos; sed si tubi per aliquot pollices in mercurio demergantur, hic ingredietur tubos; sed semper manebit depressior superficie mercurii in vase stagnantis.

CX.

Si immergantur tubi ejusdem diametri & longitudinis in fluidis diversæ gravitatis specificæ v. g. In aqua, Alcohol seu spiritu vini depurgati, oleo tartari per deliquium, spiritu nitri, oleo vitrioli & mercurio: observabimus quod non semper graviora fluida ad minorem altitudinem elevantur; nam spiritus vini depurgatus, quamvis omnium levissimus ad minorem altitudinem ascendet quam pones. rosissimus spiritus vitrioli. Mercurium vero nullo pacllo supra sui superficiem ascendere videbimus. Ascensus itaque liquorum pendere nequit a causa aliqua comprimente, vel ea sit aer, vel æther, vel cartesiani vortices; sed repetenda potius ab aliqua vi determinata, qua liquorum partes attrahuntur a superficie vitri ipsis contigua.

Si

CXL.

Si in aquam immersantur plures tubi ejusdem longitudinis, sed diversæ diametri, altitudines, ad quas aqua ascendet, erunt reciproce ut ipsæ diametri. Causa itaque attollens fluida in tubis capillaribus pendebit ab ipsis tubis; propterea quia eorum ascensus accurate sequitur rationem inversam diametri capacitatatis tubi.

CXII.

Ab his ergo experimentis clare evinatur causam elevationis fluidorum in tubis capillaribus constitutam esse in ipso vitro tubo, cuius attractio ascensum liquoris super libellam producit.

Corollarium I.

CXIII.

Hinc si tubi non fuerint capillares, sed majoris diametri quam quinque semilineæ parisienses, non ascendet aqua, nec liquor aliquis per eos: tunc enim amplitudo diametri faciet, quod liquorum gravitas

T

tas

tas superet adhæsionem illam , & vim attrahoriam , quam vitri partes haberent .

Corollarium 2.

CXIV.

Hinc si tubi capillares ex parte superiori clausi fuerint , liquor per eos vix lineam unam adscendet ; tunc enim elasticitas aeris compressi in superiori parte tubi impedit integrum effectum ascensus liquoris .

Corollarium 3.

CXV.

Hinc denique intelligimus cur leviora fluida non semper ad majorem altitudinem ascendant intra eosdem tubos , & cur mercurius semper depresso maneat superficie mercurii in vase stagnantis . Particulae enim tum aquæ , tum aliorum fluidorum , tum denique mercurii se mutuo attrahunt , fortique cohæsione uniuertur ; sed guttulae aquæ fortius trahuntur a parietibus vitri , quam a suis moleculis componentibus , dum e contra moleculæ aliquorum fluidorum & præsertim mercu-

ril

rii debilius a parietibus vitri, fortius autem vicissim attrahuntur.

Scholium I.

CXVI.

Utrum integra interioris tubi superficies & cavitas in ascensum liquorum influat, scissio, & discrepantia est inter ipsos Neutonianos. Sunt qui putant integrum tuborum superficiem hunc ascensum producere. Jurinus in appendice ad Hydrostaticam Rogerii Cotes ex diversis experimentis relatis in transactionibus philosophicis infert anulum illum vitreum, qui aquae superficiem attingit eum esse, quo aqua sursum trahitur. Clairaut contra contendit ab ultimo dumtaxat vitreo anulo tubi, qui intra aquam immersus est elevationem liquorum esse repetendam. Nobis autem præ cæteris arridet theoria D. Veitbrecht, quam in pereleganti memoria collectionis Accademiæ Petropolitanae exponit, & a D. Alembert in Dictionary encyclopedico reperitur. Liquores, qui per tubos capillares ascendunt in duas portiones dividit. Particulas illas fluidi, quæ vitri parietes attingunt, & sunt intra sphærām attractionis vitri, appellat *cana-*

liculos. Illam vero fluidi portionem, quae in meditullio tubi capillaris conspicitur, *cylindrum* vocat. Mechanismus autem ascensus fluidorum sic a praelaudato Viro explicatur. In ascensu fluidi per tubos capillares anulus vitreus supremus attrahit canaliculos aqueos. Hi canaliculi mutua attractione secum trahunt aquos cylindros. Moleculæ vero aquæ propria pondere resistunt illi attractioni, quæ a canaliculis producitur. Hinc quo magis massa aquæ quietæ augetur, eo majorem vim habet ad vincendam illam attractionem, qua vitro & canaliculis unitur. Quo sit ut quando pondus fluidi æquilibratur cum reactione attractionis, quiescit ascensus aquæ; si vero supereret reactionem vis attractoriae, cohæsio destruetur, & fluidum propria gravitate decidet.

Schalium 2.

CXVII.

Ut totius tubi vitrei vis attractoria, qua aquam ad ascensum sollicitatur calculo acquiriri possit, duci debet vis ista singulis particulis vitreis communis in annuli vitrei diametrum. (cum integri annuli circulus sit in in ratione suæ diametri).

Qua-

149

Quapropter si vim attractoriæ, particula-
rum vitrearum vocemus V, annuli vero
vitrei diametrum vocemus D, erit totius
tubi vitrei vis attrahens \equiv VD. Jam vero
huic vi attractionis resistit in primis cohæ-
sio totius canaliculi aquæ; deinde resistit
etiam pondus cylindruli aquæ intermedii.
Quapropter si vis cuiuslibet particulae aquæ
dicatur u, diameter vero canaliculi aquæ
vocetur d, pondus denique vocetur p, tota
resistentia & resis̄tia aquæ ad vim attrac-
toriam annuli seu tubi vitrei erit \equiv ud + p.
Ut itaque habeatur æquilibrium, seu ut a-
qua in tubo capillari suspensa consistat, de-
bet esse VD \equiv ud + p: adeoque VD - ud
 \equiv p. Unde pater aquam in tubo capillari,
& quodcumque fluidum non posse ascen-
dere ad quamcumque indefinite altitudi-
nem, sed eo usque dumtaxat, donec cy-
lindruli fluidi pondus æquetur vi VD -
ud, seu vi attractoriæ tubi vitrei multit-
tæ vi illa, qua annulus aqueus supremus
cum reliquo canaliculo aquæ cohæret.
Hinc intelligimus cur aliqui liquores ascen-
dant supra libellam in tubo capillari five
tebus fit longior five brevior, five magis
five minus immergatur in aquam, eo quia
semper p \equiv VD - ud, & cur mercurius a-
liquæ liquores ascendere nequeant: quia
p \gg VD - ud.

Ex.

*Experimenta desumpta ex cohaesione
corporum levigatorum -*

CXVIII.

Cylindri duo ex oricalco recte complacentur, & in suis levissimis superficiebus vehementer comprimantur, ut alter alteri adhaereat. Horum diameter sit pollicis rhenani unius, & undecim linearum; altitudo vero $\frac{4}{10}$ pollicis habeat, observan-

te experientissimo Muschembroekio, cohaerent arctissime inter se nullo interposito corpore vi æquali ponderi duorum cylindrorum: interposita aquæ gutta cohaerentia talis est, ut non nisi pondere unicarum 12 divellantur. Si iidem potentissime calefiant, & sebum interponatur, & aliquantulum in rotundum fricetur, ut adlitum sebum cylindrorum poros subeat, aerque inter eosdem interceptus expellatur divelli nequibunt nisi adpresso pondere librarum 800. Idem in cylindris ex argento, marmore albo, ære fulvo, & ferro, vel ex alia materia compactis observarunt iidem Muschembroekius & Desagulierius, cum hoc tamen discrimine, quod in diver-

sus

sis corporibus diversa pondera requireban-
tur ad ejusmodi cylindros divellendos .

CXIX.

Celeberrinus Beniaminus Martin o-
ftendit Doctissimo Xaverio Poli , dum Lon-
dini versaretur , duos globos plumbeos
ponderis unius libræ in sui parte compla-
natos & fere usque ad splendorem politos ,
quorum superficies sese mutuo tangebant
in $\frac{1}{30}$ pollicis quadrati . Hi autem tanta
vi adhærebant , ut pondus ducentarum li-
brarum possent sustinere ,

CXX.

Nos autem hæc eadem phænomena
observabimus experimenta capiendo cum
duabus laminis oricalceis , & duabus lami-
nis ex marmore albo . Et quando affabre
perpolitas ac splendentes earum superfi-
cies reperiamus , præfatas laminas exami-
ni subiiciemus primo nulla intermissa ma-
teria , deinde interposito bovino sebo , ut
conspici possit quantum inter se cohærent ,
quodque pondus requiratur , ut possint ad
inyicem separari . Ideo autem in hoc ex-
pe-

perimento interponitur materia aliqua, maxime non adeo fluens, quia cum arte nulla complanari laminæ adeo possint, ut partes superficie omnes ad mutuum contatum veniant; idcirco calefactis laminis ad calorem aquæ ebullientis, additur exigua materiæ portio, quo faciliter hæc a calore emollita, & poros ingressa aerem excludat, & planam superficiem reddat.

Animadversio.

CXXI.

Mancum autem, & nobiliori sua parte destitutum erit experimentum sumptum a cohaesione corporum levigatorum, nisi præ oculis habeatis, Juvenes Accademici, regulam aliquam, qua secernere possitis in tali phænomeno id, quod præstatur a pondere & pressione aeris atmosphærici, ab eo effectu, qui a mutua partium attractione producitur. Profecto dubitari nequit, quin aeris externi pressio, dum intra laminas aerem contrahit, non invenit, eas laminas invicem apprimat. Sed cum experimento constet, quod ad eas divellendas vis superior aeris pressionū requiratur, hinc ad aliam secretiorem causam: nimis ad attractionem est recurrendum.

Ex

CXXII.

Ex iteratis periculis constat, quod tanta est pressio exercita ab aeris columnā altitudinis atmosphæræ, quanta est elevatio argenti vivi in tubo barometrico ejusdem diametri aereæ columnæ. Constat etiam quod pondus argenti vivi contenti in tubo alto 29. pol. Reni, cuius diameter sit unius pol. est. librarum Amstelodamensium 15 (quæ equivalent libris pa-
normitanis 23, & unciis $1 \frac{1}{4}$) quare pres-

sio exercita ab aeris columnā altitudinis atmosphæræ, cuius diameter sit unius pollicis, par erit libris 15 Amstelodamensibus dum mercurius est elevatus ad altitudinem pollicum 29. Ut itaque exploretur quanta futura sit pressio aeris supra superficies laminarum, comparanda erit basis aereæ columnæ unius pollicis cum basi illius aereæ columnæ, quæ laminarum superficiebus incubit. Bases autem columnarum, cum sint ut quadrata diametrorum, erit etiam basis columnæ aereæ unius pollicis ad basis aereæ columnæ, quæ laminæ incubuit, ut quadratum unius pollicis ad quadratum diametri basis aereæ incumbentis superficie

laminarum . Atque hoc inito calculo obser-
vabitis, quod tam in laminis metallicis, quam
marmoreis , dummodo inter eas nulla detur
vacuitas , vis cohæsionis major erit ea pres-
fione , quæ ab externo aere producitur .

*Experimenta desumpta ex fluidis cum
solidis comparatis .*

CXXIII.

In postica superficie lanceis examina-
tissimæ libræ subligetur lamina vitrea ad
circinum rotundata diametri duorum pol-
licum cum dimidio ; ita ut perfecte hori-
zontaliter pendeat . Addito pondere in-
altera lance æquilibres reddantur . Lami-
næ vitreæ subponatur vas plenum mercu-
rio ; tum eadem lamina , cum integra li-
bra ope cocleæ sensim deprimatur , donec
superficies vitri mercurium tangat . Obser-
vabimus lancem ex ea parte pressam & præ-
ponderantem ; adeo ut ad vincendam adhæ-
sionem , & restituendum æquilibrium ad-
jungi debeat in opposita lance pondus no-
vem drachmarum , & granorum 18 . Hoc
autem pondus additum indicabit adhæsio-
nis vim mercurium inter & vitrum . Ne
autem alicui scrupulus subeat hujusmodi
phænomenon pressioni aeris atmosphærici
tri-

tribui debere , eamdem libram intra campanam vitream machinæ boyleanæ aptari curabimus ; & rarefacto atque exhausto sufficienter antliarum ope aere , idem apparebit phænomenon , eademque adhæfio vitri cum mercurio , ac fuerat in aere libero .

CXXIV.

Si laminis vitreis deinceps substituantur aureæ , argenteæ , & diversorum metallorum , ad attractionem vincendam , & cohesionem superandam cujuslibet metalli cum mercurio , diversa pondera in opposita lance apponi debebunt , prout sequens tabella indicat .

Pro laminis aureis gr.	446
Pro argenteis gr.	429
Pro stamneis gr.	418
Pro plumbeis gr.	397
Pro bismutto gr.	372
Pro zinco gr.	204
Pro cupro gr.	142
Pro regulo antimonii gr.	126
Pro ferro gr.	115
Pro cobalto gr.	8.

Scholion 1.

CXXV.

Hoc experimentum fuit primo exequutum a D. Morveausio coram Accademia Divionensi anno 1773, & in Diario physico Rozierii describitur; eoque prælaudatus Vir constare fecit gradus cohæsionis cuiuslibet metalli cum mercurio proportionales esse affinitati & proclivitati metallorum ad *amalgamationem*. Hujus autem experimenti nos etiam eadem phænomena observabimus, & Morveausianæ theorie veritatem assequemur, si Machinator noster diligentiam omnem accurationemque adhibeat, ne quid in machinula sit minus rectum, aut mancum quoquomodo imperfectumque. Quod si oscitantia subeat aliqua, longe erit facilius falsitatem spectatoribus persuadere, quam veritatem Philosopho commonstrare.

Scholion 2.

CXXVI.

Cum pondera in superiori tabella de scripta libræ parisiensi correspondeant, hinc job.

observandum, quod parisiensis libra in duas marcas dividitur, marca autem 8 uncias continet. Unde civilis parisiensis libra ex unciis 16 constituitur. Uncia 8 groslos seu drachmas continet. Grossus tres denarios seu scrupula. Denarius grana 24. Quapropter drachma continet grana 72, uncia grana 576, & libra denique grana 9216. Ut vero hæc eadem pondera cum ponderibus nonnullarum Nationum, nostrisque panormitanis comparemus sequentem tabulam damus.

T A B U L A

Librarum nonnullarum nationum.

Libra Parisiensis unciarum 16	gr. 9216.
Angliæ Trosica dicta troy unciarum 16	gr. 7021.
Angliæ Averdupois unc. 16	gr. 8538.
Florentina unc. 12.	gr. 6392.
Romana unc. 12.	gr. 6386.
Neapolitana unc. 12.	gr. 6036.
Panormitana dicta subtilis unciarum 12.	gr. 5905.

CA-

C A P U T VIII.

De attractione electiva, & chemicis corporum proprietatibus.

De Affinitatibus.

CXXVII.

IN sita illa vis in moleculis corpora constituentibus diffusa, quæ ex mutuis eorum accessionibus & discessionibus innote scit, qua fit, ut cum certis corporibus coeant, alia vero respuant: cum aliquibus fortius, cum aliis remissius uniantur: aliqua relinquant, ut cum aliis sese jungere queant a recentioribus Chemicis attractio electiva, vel corporum affinitas appellatur. Ea tamen accessionum, vel discessionum lex a physica attractione superius descripta non discrepat nisi dumtaxat in eo, quod in sensibili distantia nulla prorsus fiat, sed in solo contactu exerceatur, & a varia specificaque molecularum figura modificetur.

CXXVIII.

Hæc autem corporum affinitas vel in-

inter corpora similia , vel inter dissimilia adinvenitur . Si duo aqueæ particulæ , duo mercurii globuli sese invicem attrahunt , affinitas inter corpora similia exerceri dicatur , atque affinitas aggregationis vocatur . Si vero vis ista se exerat inter duo corpora dissimilis diversæque naturæ , affinitas compositionis nuncupatur .

CXXIX.

Ut vero harum affinitatum indelem percepere possitis , in quolibet composite physico cum clarissimo Fourcroy distingue re debetis partes constituentes a partibus integrantibus . Partes constituentes sunt primigeniæ illæ moleculæ , & veluti elementa , quibus corpus aliquod conflatur . Sic partes constituentes salia communia sunt Acidum & Alkali , eaque principia a salibus communibus sejungi nequeunt , quin horum natura destruatur . Partes autem integrantes eamdem cum tota compo siti massa naturam nanciscuntur , atque iisdem elementis & proprietatibus sunt præ ditæ . Sic si dividat in minutissimas parti culas massam aliquam salis communis , in quolibet portione suum Acidum , & suum Alkali reperies . Quo sit ut hæ portiones in unicam mollem unitæ , non diversum na-

natura corpus producant. E contra verò composita & mixta ea dicuntur, quæ ex partium heterogenearum unione conflantur, atque ex earum unione eæ proprietates in composito resultant, quæ singulis partibus non conveniunt.

CXXX.

Affinitas aggregationis inter varia corporum genera exerceri potest. Corpora quippe alia sunt dura & solida, alia mollia, alia fluida, alia denique aeriformia. Unde ab eodem Auctore quatuor affinitates aggregationis distinguntur: nimirum aggregatio dura, aggregatio mollis, aggregatio fluida, & aggregatio aeriformis.

CXXXI.

Affinitas compositionis intercedit inter corpora heterogenea & diversæ naturæ, atque ex eorum unione nova fit combinatio novumque productum. Hæc autem affinitas compositionis a Bomæo in plures species dividitur. Prima vocatur affinitas simplex compositionis duorum corporum, ex quibus nova combinatio resultat, qualis est ea, quæ intercedit inter duo corpora heterogenea, ex quorum unione proprie-

prietates quædam apparent, quæ de natura cuiuslibet corporis participant, ut præeunte Stahlio opinatur Bomæus. Talis est dissolutio marmoris in acido nitroso, ex qua liquor quidam producitur, qui proprietates dissolventis & dissoluti corporis continet. Hujusmodi est etiam unio Acidi cum Alkali puro, sulphuris cum mercurio, Acidi marinum cum calce argentea, Acidi vitriolici cum ferro, ex qua resultat vitriolum martiale. Furcroyus & Bucquettus e contra sentiunt proprietates, quæ in hac affinitate directa resultant, novas esse, nec de natura cuiuslibet combinati corporis participare. Sic duo corpora caustica: zoleum nimirum vitrioli, & alkali purum tartari simul combinata producunt tartarum vitriolatum, quod nihil de causticitate participat. Mercurius, & Acidum marinum, quæ in parva dosi apta non sunt ad hominem perimendum, simul combinata evadunt potentissimum venenum. Hæc autem affinitas vocatur compositionis directæ, quia sine ullo intermedio recensita corpora se mutuo attrahunt, & decomponuntur. Altera affinitas ea est, quam medii vocant, eamque habere dicuntur duo corpora si tertium accederit. Talis est affinitas, quam habet sulphur cum aqua, cum qua uniri nequit nisi alkali cum eo

admisceatur , quo admixto illud compositum prōducitur , quod hepar sulphuris appellatur . Tertia affinitatis species ea est , quam Bomæus vocat affinitatem trium corporum , ex quorum unione habetur decompositio & nova combinatio . Sic si solutioni lapidis calcarei in spiritu nitri permisceatur Alkali fixum , separabitur acidum a lapidis substantia ; hæc in fundum vasis præceps ruet , atque acidum cum Alkali conjungetur . Quarta affinitatis species est affinitas reciproca , quam Joannes Antonius Scopoli exponit per mutuam decompositionem tum corporis superadditi , tum corporis dissolventis ; uti si solutioni argenti in acido nitroso addatur sal commune , acidum salis decomponitur a suo Alkali ; atque acidum cum argento copulatur , Alkali vero cum acido nitroso . Ultima denique affinitatis species vocatur affinitas dupla , quam habent quatuor corpora , ex qua duæ decompositiones , & duæ combinationes producuntur .

Animadversio.

CXXXII.

In Chymicis enim processibus evenire plerumque solet , quod duo corpora neque

queant dissolvi a tertio vel quarto corpore, si ea singillatim sumantur; dum contra evenit, si ex tertio & quarto corpore compositum efformetur; tunc enim affinitatis duplæ phænomena apparent, & mutua quatuor corporum decompositio. Rem exemplo aliquo claram & manifestam reddamus. Tartarum vitriolatum, seu combinatio acidi vitriolici cum Alkali fixo vegetabili nequit decomponi a calce, vel ab Acido nitroso. At vero si in dissolutione tartari vitriolati proiiciatur nitrum calcareum, quod ex calce & Acido nitroso componitur, mutuo hæc duo composita decomponentur. Acidum nitrosum irruet super Alkali fixum vegetabile tartari, & cum eo efformabit nitrum; dum acidum vitriolicum, a prima unione exturbatum, cum calce producit seleniten. Acidum vitriolicum unitum alkali fixo vegetabili majorem habet affinitatem cum eo, quam singillatim habent vel calx, vel acidum nitrosum. Cum vero compositum quoddam ex acido nitroso & calce affunditur acido vitriolico cum alkali copulato: eodem tempore, quo acidum nitrosum suam vim exerit super alkali, acidum vitriolicum connititur uni-ri calci, ut subinde decompositio tartari vitriolati incipiat ab acido nitroso, & compleatur a calce.

Scholium.

CXXXIII.

Quod ut melius percipi possit , supponamus acidum vitriolicum copulari alkali vi = 8 ; atque acidum nitrosum super idem alkali habere vim = 6 . Hoc posito solum acidum nitrosum nequibit decomponere tartarum vitriolatum , nisi eodem tempore superaddatur ex parte calcis vis = 4 , quae tendit ad unionem cum acido vitriolico . Summa itaque duarum affinitatum , acidi nimirum nitrofi cum alkali , & calcis cum acido vitriolico æquabitur 10 ; unde supere rare poterit illam affinitatem , quam habebat acidum vitriolicum cum alkali , illud que decomponere . Ita perspicue explicat hanc duplam affinitatem Cl. Fourcroyus .

CXXXIV.

Hæ sunt species omnes attractionis electivæ , seu chemicarum affinitatum , quæ fuere a Geoffroy , Rovelle , Gellert , De Limbourg , Marrher , de Machy , Viris omni laude cumulatis , in classes distributæ , quasque tot clarissimi Viri inlustrarunt , ac præ cæteris Torbernus Bergman , qui pal

palmam cæteris præripuisse videtur. Hic enim completissimam tabulam omnium affinitatum proponit, atque corpora in plures series distribuens, in unaquaque duplicitis generis affinitatem designavit: per viam scilicet humidam, & siccum. Constanti quippe experimento, atque assiduis observationibus compertum est diversis affinitatis viribus quædam corpora copulari pro viarum diversitate, quæ adhibentur in affinitatum exercitio. Copiosissima hæc tabula ex Bergmanno excerpta exhibetur in calce voluminis primi Dictionarii Chymici Maqueri; atque hac lege substantiæ omnes in ea dispositæ apparent, ut quæ proximiores fuerint, majorem etiam cum illa affinitatem habeant, quæ seriem constituit, remotiores vero minorem.

CXXXV.

Ex descriptis affinitatibus originem suam repetunt peculiares quædam operationes & processus naturæ, qui in Chemia varie resolvendo & uniendo corpora perficiuntur; quique sub nomine proprietatum chemicarum designari solent. Hujusmodi sunt præ cæteris solutio, cristallisatio, præcipitatio, & vegetatio chemica, de quibus singillatim in sequentibus agemus.

De

De solutionibus, & crystallisationibus.

CXXXVI.

Solutio fit cum duo corpora sese mutuo in subtilissimas particulas dividunt ; & simul particulæ corporis unius cum particulis alterius permiscentur , arcteque ita copulantur, ut ab iis discerni nequeant ; sed cum iisdem unum jam corpus ex toto æquabile oculis sistant .

CXXXVII.

Duplex a chemicis solutio distinguitur. Una , quæ appellatur superficialis seu mechanica , radicalis altera . Prima est , qua corpus in minutissimas solum particulas resolvitur , quæ eamdem penitus naturam tex turamque conservant . Hujusmodi est sal lium in aqua solutio . Altera est , in qua corpus in primigenia elementa resolvitur , vel cum menstruo novum constituit productum . Talis est alkali , vel metalli in acido solutio . Ex tali enim solutione sal neutrum basis terreæ , vel metallicæ producitur . Prima solutionis species simpliciter *solutio* appellatur , altera a recentioribus chemicis *dissolutio* .

Quo-

CXXXVIII.

Quoniam vero ad solutiones vel dissolutions perficiendas aliquod intermedium fluidum requiritur, hinc a Chemicis hoc intermedium aptum ad solvenda vel dissolvenda corpora *Menstruum* appellatur. Quod si Menstruum non nisi vi potentioris ignis, quo liquatur, conservetur in statu fluiditatis tempore solutionis, solutio dicitur *sicca*: secus autem *humida* e. g. Dum terrae adjecto sale alkali fixo in igne abeunt in vitrum; earum in alkali fixo solutio est *sicca*: solutio ferri vel argenti in spiritu nitri est *humida*.

CXXXIX.

Quoniam autem non omnia corpora iisdem menstruis solvi possunt, Menstrua generatim dividuntur in aqua, salino-acida, salino-alcalica fixa, salino alcalica volatilia, inflammabilia, spirituosa, oleosa, aqueo inflammabilia, & salso-aqua. Menstrua aqua, qualia sunt aquæ destillatae, & flegmata solvunt salia, mucillagines, Gummi, sponges, Menstrua salino-acida, qualia sunt oleum & spiritus vitrioli, spiritus nitri, spiritus salis marini, acetum sign-

simplex , succus limonum solvunt corpora terrea , metalla , semimetalla . Salino-alcalica , qualia sunt sal tartari , cineres clavellati , nitrum fixum , oleum tartari per deliquium , spiritus salis ammoniaci solvunt corpora sulphurea , oleosa , & pinguia . Denique menstrua inflammabilia spirituosa , qualis est Alkool solvere valet sulphura mineralia concreta , resinosa , olea ætherea essentialia .

CXL.

Cryſtallisatio fit cum ſalia in aqua ſoluta , hac deinde evaporante , in fundo ac lateribus vasis concreſcunt in partes variæ magnitudinis , quæ cryſtalli vocantur . Figura harum cryſtallorum in eodem ſali genere pene conſtant est , in diversis tamen ſalium generibus eſt diverſa . Id conſtituit nobis dum cryſtallisatio nem ope Microſcopii fuimus contemplati . Solutis enim diversis ſalibus in aqua pura , ſolutionum guttulis vitreas lamellas irroravimus , easque poſt lenem exiccationem Microſcopio ſubjecimus . Vitriolum cupri cæruleum cryſtallos dedit figuræ dodecaedricæ , vitriolum ferri viride figuræ rhomboidalis , vitriolum zinci album figuræ dodecaedricæ prismaticæ . Alumen cryſtallos exhibuit figuræ octoedricæ , Nitrum figuræ

ræ hexangularis prismaticæ cum apice hexaedro parum ad unum latus inclinante. Sal commune figuræ cubicæ angulis nitidis acutis. Alkali minerale figuræ prismaticæ poligonæ. Sal denique ammoniacum elegantes ramosas cruces oculis exhibuit sex pyramidibus quadrangulis cavis compositas, & externa superficie coalitis.

CXLI.

Jam vero, ut theoriam solutionis & crystallisationis ex attractionibus electivis deducere possumus, sequens experimentum præmittamus oportet. In vas vitreum aqua plenum iniiciantur diversa salia unum post aliud v. g. Tartarum, nitrum, sal marinum, vitriolum usque donec aqua tot salibus saturata nihil amplius sustineat, sed residuum mittat ad profundum vasis. Tam intus ponantur bacilli lignei bene politi, ac vas collocetur in loco subterraneo frigido & quieto. Post aliquot horas animadvertemus sales concretos ad latera vasis, & circum bacillos, veluti crystallos fabrefactas; sed certa & constanti forma & ratione. Nam primum quod adhæret ligno est sal marinum, quod figuram habet cubicam: deinde nitrum formans prismaticas columnas sex facierum: cum vitriolum ad speciem exilissimam.

marum linguarum; postremo tartarum illistar columnarum ex sex pyramidibus hexagonis constantium.

CXLII.

In descripto itaque experimento dud phænomena conspectui nostro obiciuntur & Solutio nempe salium, eorumque crystalлизatio. Primum ex eo originem dicit, quod minor est inter moleculas salis cohærentia, quam est attractio cum particulis fluidi, a quibus in connubium rapiuntur. Sint enim e. g. duæ particulæ salium A & B inter se cohærentes; si vires attractivæ, quas particulæ hæ in aquam exerunt, sint fortiores ac est mutua particularum A & B attractio, haec impedire non poterit, quominus aqua particulis A & B undique circumfundatur. Quo facto particulæ hæ a se invicem sejungentur, ac proinde cohæsionem mutuam perdere poterunt, & in exterritos globulos, qui sensus nostros effugiant, menstruo undique cinctos, priore cohæsione privatos, abire queunt.

CXLIII.

Atque hinc jam patet ratio cur soluti corporis particulæ tam æquabiliter permen-

menstruum distribui soleant, ut si capiatur pars e. g. decima menstrui, in ea corporis quoque soluti pars decima contineatur.

CXLIV.

Hinc non solum salium, sed quorumlibet corporum solutæ partes viribus illis, quibus menstruo sibi circumfuso adhaerent, ita sustentantur, ut, etiam si menstruo specifice graviores sint, in eodem tamen suspensæ maneant, quin ad fundum deferrantur; quia major est attractio inter particulas corporum solutorum & menstrui, quam est excessus gravitatis particularum cuiuscumque memoratorum corporum supra gravitatem particulae menstrui, cui adhaerent.

CXLV.

Ex nunc dictis intelligere licet, cur non quodlibet menstruum par est cui libet corpori solvendo. Sic spiritus nitri solvit argentum & auro parcit. Aurum quamvis nec a spiritu nitri, nec a spiritu salis communis, seorsim acceptis, solvatur; solvitur tamen ab eorumdem commixtione, quæ *Aqua regia* dici solet. Nempe possunt cuiusdam menstrui vires, comparate ad unam corporis speciem, debiliores esse ac

est mutua particularum componentium attractio; comparete vero ad alterum, tales habere vires attractorias, quae sint ad perficiendam solutionem idoneae.

CXLVI.

Cryſtallisatio vero eorumdem ſalium vi attractoriæ particularum adſcribi debet. Quoties enim ſufficiens aquæ portio evaporavit, particulae ſalinæ, aqueis particulis orbatae, ſeſe invicem attrahunt, iterumque cohærent, exiguum dumtaxat portionem aquæ, qua eorum particulae circumfusæ fuerant, conservantes.

CXLVII.

Ut vero theoriam cryſtallisationis ſalium luculentius exponere poſſimus: obſervandum eſt, dupliciter ſalia in aqua ſoluta, in cryſtallos formari poſſe: evaporatione nimirum, & congelatione. Sal Glauberi, ſal ſodæ, ſal epsomensis, Alumen, & Borax frigore congelascunt, ſeu in cryſtallos glaciantur, atque induere ſolent figuram prismaticam oblongatam. Tartarum vitriolatum, nitrum, ſal febrisugum, terra fo liata tartari, ſalia neutra calcarea evaporatione cryſtallifantur, & generaliter figuram

ram pyramidalem affectant, Inter hæc salia
hoc intercedit discrimen, quod, quæ con-
gelatione efformantur, plus aquæ in suis cry-
stallis retinent, quam ea, quæ per evapo-
rationem producta fuere,

CXLVIII.

Ex hac diversa salium genesis oritur
explicatio illius phænomeni, quod Chemi-
cis omnibus crucem figit: cur nimirum
quædam salia exposita aeri atmosphærico
in efflorescentiam decidant, & ad instar fa-
rinacei pulveris resolvantur: alia vero ae-
ri exposita labantur in liquorē, seu de-
liquium, unde deliquescentia appellantur.
Posito enim principio attractionis, facillime
explicatur, cur primi generis salia in fari-
naceum pulverem resolvantur, alterius ve-
ro generis in deliquium decidant, dum
aeri atmosphærico sunt exposita. Sales e-
nim efflorescentes, cum in suis crystallis
magnam aquæ copiam contineant, aeri ex-
positi, eam facillime amittunt; cum aer
majorem habeat affinitatem cum aqua in
crystallis contenta, quam particulæ eadē
salia constituentes. Vi igitur hujus affini-
tatis salium crystalli decomponuntur ab ae-
re; qui aquam illam, quam in illis inve-
nit, per legem affinitatis ehibit, & ad se
tra-

tralit. Contrarium vero evenit in salibus deliquescentibus. Ista enim aeri exposita decomponunt vapores aqueos in aere atmosphærico innatantes, qui vi attractionis labuntur in moleculas salium, easque in liquorem seu deliquium resolvunt. Hinc etiam oritur discrimen illud, quod in experimento observavimus; cur nimisrum primo in bacillis ligneis adhæreat sal marinum, deinde nitrum, post vitriolum, ac denique sal tartari; quo enim majorem aquæ copiam salia in crystallisatione retinent, eo facilius in crystallos abeunt.

De Præcipitatione,

CXLIX.

Præcipitatio (ait D. Spielmann) est labor ille, sub quo corpus in menstruo solutum, eidem ita eripitur, ut ab ipso distinctum in conspectum prodeat. Hinc ad chemicam præcipitationem requiritur, ut solutioni immittatur quodpiam corpus præcipitans, per quod, sublata soluti corporis cum menstruo cohaesione, reddatur specificè gravius fluido, cui innatabat, ad fundum vasis deferatur, & reddatur visibile.

Sic

CL.

Sic argentum in spiritu nitri solutum præcipitari potest per immisum cuprum ; cuprum per ferrum ; ferrum per zincum ; zincum per oculos canerorum ; hi denique per spiritum urinæ . Nam , si in spiritu nitri asperri no soluto argento , iniiciantur lamellæ cupri , istæ vehementius ab aqua forti trahentur , & ad fundum præoeps sub forma pulveris ruet argentum . Solutioni æris ferrum adiunctum validius ab aqua forti trahetur cupro , & æris seu cupri moleculæ in vasis fundo gravitate sua descendunt . Ob eandem causam zincum excutient ferrum , pulvis coralliorum , vel oculi cancerorum excutient zincum , & denique in spiritu urinæ præcipites dabuntur oculi cancerorum & ad vasis fundum deferentur . Porro præcipitatio hæc , quæ ope immissi corporis præcipitantis sit , coacta & violenta vocatur , in qua intermediaire debet corpus aliquod diversum a corpore dissolvente & a corpore dissoluto ; ut discerit posit ab ea , quæ spontanea appellatur , quæque accidit , quando salia separantur a fluido & in unam massam concrescuat absque intermedio aliquo præcipitante .

Jam

CLI.

Jam quo ad causam præcipitationis attinet , eam ab eodem attractionis electivæ principio repetimus . Etenim , ut præcipitatio fiat , vel gravitas specifica solventis minuenda est , vel augenda gravitas specifica corporis soluti , vel immutanda menstrui , vel corporis soluti , aut utriusque textura . Id vero accidit , quoties solutioni immiscetur corpus aliquod , quod particulas menstrui fortius attrahit , quam attrahantur eæ a particulis prius soluti corporis ; tunc enim particulæ menstrui a particulis prius soluti corporis avulsæ , circumfundentur particulis injecti corporis ; & propterea particulæ prius solutæ , sibi ipsis relictæ , nativo pondere fundum petent .

CLII.

Posita hac theoria , clarissime explicantur phænomena illa variarum præcipitationum , quæ fuere superius descripta . Dum enim soluto in spiritu nitri argento , & ve luti in metallicam calcem redacte , solutioni illi admiscetur cuprum ; quoniam hoc magis a spiritu nitri attrahitur , argenti moleculæ , recuperato flagito , & ad metal.

talicam formam restitutæ, liberæ remanentes in vasis fundo gravitate sua descendunt. Peracta solutione æris, addito ferro, ob eamdem causam frustulum æris in fundum vasis demitteretur, & successive reliqua metalla ob eamdem rationem præcipitata vi debis.

Scholium.

CLIII.

Cadunt percommode ad hanc præcipitationum theoriam, quæ a Cl. Jo. Antonio Scopoli produntur in adnotationibus ad Dict. Chem. Maqueri in Art. De Calcibus metallicis. = Non può un metallo
 „ cangiarsi in calce senza perdere una parte
 „ te del suo slogisto; ne ve n' è alcuno,
 „ che a questa perdita non sia soggetto.
 „ Io per l' addietro sono stato di parere
 „ diverso; ma riflettendo poscia 1. che da
 „ tutti i metalli si svolge per mezzo de
 „ gli acidi un aria infiammabile 2. Che l'
 „ acido del sal commune non si unisce col
 „ argento, se non dopo che sia ridotto in
 „ istato di calce dall' acido nitroso 3. Che
 „ soltanto una calce metallica può formar
 „ con un acido una sostanza salina, e 4.
 „ Che tale è anche l' argento, ed il Mer-

Z

cu-

„ curio nitrato : sono persuaso , che etiam-
 „ dio i nobili metalli si riducano dagli a-
 „ cidi in forma di calce .

De Vegetationibus Chemicis .

CLIV.

Ad chemicas præcipitationes reducuntur species illæ arbustorum , quæ in fossilibus aut metallis determinata ratione præparatis producuntur . Omnes hæc arbustorum species communi nomine vegetaciones chemicæ vocantur . Talis est Arbor Martis , quæ ex dissolutione ferreæ limataæ scobis per spiritum nitri , adfuso oleo tartari ad perfectam spiritus nitri saturationem requisito , orta , speciem arboris pluribus ramusculis instructæ refert . Talis est etiam Arbor Dianæ , quæ ex particulis argenti puri & mercurii in aqua forti solutorum confieri solet .

CLV.

Hæc autem Arbor Dianæ varia methodo confici potest . Nam primo si accipiatur argenti puri drachma dimidia , & solvatur in drachma una aquæ fortis ; tum iterum in aquæ fortis drachma una solvantur

tur drachmæ duæ mercurii: si deinde intra vas vitreum hæc duæ materiæ commisceantur, atque adfundatur aquæ communis una libra, apparebit Arbor, quotidie ad oculum, & notabiliter crescens tam in trunco quam in ramis.

CLVI.

Conficietur etiam hæc arbor si tres partes saturatæ solutionis argenti, & duæ partes saturatæ solutionis mercurii in spiritu nitri factarum cum viginti partibus aquæ puræ commisceantur, & mixtioni adfundatur amalgama, quod ex una argenti parte, & septem mercurii vivi partibus confectum sit.

CLVII.

Poterit etiam arbor hæc efformari, si una argenti pars in solutione saturata cum decem partibus aquæ puræ, totidemque partibus acetii destillati permisceatur, cui mixturæ, duæ partes mercurii vivi adiiciantur.

CLVIII.

Si præterea uncia puri argenti dissolvatur in sufficienti quantitate depurati

Z 2

spiritu

spiritus nitri; solutio vero commisceatur cum octo circiter unciis aquæ destillatae; mixturæ denique adiificantur duæ unciae mercurii vivi, & totum relinquatur in quiete: post 14 circiter dies super mercurio vivo elegans arbor argentea apparebit.

CLIX.

Denique eamdem arborem obtinere poterimus, si drachmæ quatuor scobis argenteæ amalgamentur absque igne cum drachmis 2 mercurii, atque amalgama in quatuor unciis aquæ fortis solvatur; solutio vero proiiciatur in sextario cum dimidio aquæ communis, eaque in phiala probe obturata reponatur. Quoties vero arborem Dianæ confidere volumus, sumatur hujus aquæ uncia una, & in vitro poculo figuræ conicæ reponatur. In hoc affundatur amalgama argenti ad magnitudinem pisi, quod sit semifluidum. Post duo aut tria minuta ex piso amalgamæ prodire incipient fila, quæ ramos emittent laterales, & paulatim crescent, & formabuntur intra horæ quadrantem in parva arbusta argentea.

CLX.

Si lubeat chymicas vegetationes micro

croscopio obſervare, vitreæ lamellæ imponantur tenuæ capitellum claviculi, vel exilif. ſimum oricalci ramentum, eique adfundatur guttula ſolutionis argenti peractæ in ſpiritu nitri; ameno ſpectaculo cernentur ramos argenteos ramentum cingere & no- tabiliter crescere.

CLXI.

Poterunt etiam chemicæ vegetationes obtineri ſolis metallis in menſtruо aliquo non ſolutis; ſed hujusmodi vegetationes operoſiorem exigunt proceſſum. Sic fi liquefiat in crucibulo uncia argenti puri, & in eo paulatim demittatur sulphuris com. munis uncia una, mixturam continuo agitando. Materia hæc præterea fi removeatur ab igne & in fragmenta contundatur; tum denique iterum fragmenta hæc in cru. cibulo leni igni exponantur, ut digerantur, nec liqueſiant: obſervabimus sulphur lente evaporans elevare argentum in fila, & laminas albas micantes & flexibiles uſque ad altitudinem trium pollicum, atque ita repreheſentari agrum ariftis repletum, vel plures herbas pro diuerso evaporati sulphuris impetu.

CLXII.

Omnēs recenſitæ vegetationes, vel ſo.

solis metallis fiant, vel metallis in aliquo resolvente solutis, tamquam a principe causa oriuntur a vi attrahente, & affinitate electiva, quæ inter substantiarum particulas reperitur. In arbore Martis e. g. ferri particulæ ab acido nitroso, & oleo tartari attenuantur, tum sulphur, quod iis continetur, volatile redditur, secumque vehit, atque attollit versus superficiem vasis particulas ferri unitas, quæ expeditæ a liquore, confessim aridæ fiunt figuram arbustorum referentes. In arbore Dianæ mercurius & argentum in acido nitroso soluta, & maxima aquæ copia dilutiora redita, quando novum amalgama in aqua proicitur, per vim attractionis particulæ hæ dissociatæ, ad ipsum fermentur, ipsique circumfusæ ramorum imagines efformabunt.

CLXIII.

Addi his possent & aliæ vegetationes chemicæ, quæ silicibus albis, materiis salinis, & oleofis confici possunt. Ast his immorari limites, quos posuimus nobis obstant. Satis itaque nobis sit hæc pauca in breviorem gyrum redacta primoribus tantum labii attigisse, ne in Chemicorum Vitulo, ut est in Adagio, arare videamur, & ex eo. rum rivis nostrorum experimentorum arva irrigare.

SE-

SECTIO II.

MECHANICA MOTUS

IN QUA

Leges motus uniformis vel difformis, rectilinei vel curvilinei, simplicis vel compoſiti, liberi vel a medio resiſtente aut ab obice aliquo & mutuo corporum impactu interturbati, a ſola denique gravitatis vi vel extero projectionis ictu producti

Explicantur, & experimentis confirmantur.

CAPUT PRIMUM

Præmittuntur Neutonianæ leges, seu conservationis naturæ, atque adjuncta motus localis exponuntur.

CLXIV.

LEX I. *Corpus omne perseverat in statu præsenti vel quietis vel motus, niſi ab alia cauſa cogatur statum ſuum mutare.*

Constanti quippe obſervatione liquet corpus natura ſua eſſe iners, & incapax ſe-

ſe

se movendi ; nec statum quietis nec talis motus aut sibi dare posse , aut adimere ; sed ab externa causa varium statum recipere debere : unde in quiete constitutum , in ea necessario manebit , cumque statum semper tuebitur , nisi ab extrinseca aliqua vi ab eadem quiete deturbetur . Si vero in motu sit constitutum , eum uniformiter conservabit , nisi causa aliqua obsistens reperiatur , quæ motus cessationem producat . Immo observamus inter viam impeditimenti & motus cessationem constantem quamdam inveniri proportionem , corporisque motum segniorem evadere ob scabritiem plani , ob aeris resistantiam aliasque causas , quas in sua progressione offendit , quæ paulatim ita motum diminuunt , ut tandem extinguant .

CLXV.

LEX II. *Quælibet mutatio motus proportionalis est vi motrici impressæ , & fit semper secundum eam directionem , qua vis illa imprimitur .*

Lex ista ex vulgatissimo illo pendet axiome , quod effectus omnes suæ causæ esse debeant proportionales . Quapropter si vis dupla duplum motus gradum produxit , tripla triplum motum generabit , sive tota simul , sive successive operetur . Hinc

fi

si plures fuerint causæ , quæ diversa ratione ad producendum aliquem effectum concurrant , pluresque causæ , quæ effectum ipsum impediunt ipsumque nitantur destruere : si causæ illæ tam producentes , quam impedientes homogeneæ fuerint , effectus erit ut numerus vel summa caularum producentium multatus summa causarum impediientium ; si vero causæ producentes , & impedientes , quæ in effectum influunt , fuerint heterogeneæ , erit effectus ut productum causarum producentium divisum per productum caularum impediientium .

CLXVI.

LEX III. *Cuilibet actioni corporis in corpus semper opposita & æqualis est reactio alterius corporis : seu actiones duorum corporum mutuae sunt æquales , & in oppositus partes diriguntur .*

Experientia quippe compertum est , atque ab omnibus est principii loco suscep- tum dari actionem non posse sine resisten- tia . Eadem etiam experientia constat non semper corpora vim omnem , quam habent , in effectu producendo intumere ; sed eam tantum , quæ requiritur ad effectum producendum , vel hic sit resistentia superanda , vel aliquid aliud . Pone hominem leviter

A a

per.

percutere parietem , leviter etiam paries resistet : pone hominem , qui non magna contentione virium trahere possit pondus 300 librarum , hic si 100 libras trahere debeat non totam vim adhibebit , quam adferre potest , sed vim parem 100 libris resistentibus ac retardantibus ejus motum . Pone hominem robustum cum puero manus conferre : minimam prosectorum vim adhibebit ; majorem vero si cum homine adulto conserat ; maximam autem si cum hoc luctetur .

Quid sit spatium , & quæ spatii mensura ?

CLXVII.

Cum corpus motum plura sibi succedentia loca continuè transeat , summa hominum omnium locorum dicitur spatium , quod corpus percurrit . Metimur autem hoc spatium pede , palmo , passu , canna , hexapeda , pertica , aliorumque generum mensuris . Perro mensuræ omnes diversarum Nationum ad pedem pariensem referri solent , ut earum quantitas exactius valeat explorari . Pes parisiensis divisus concipitur in 12 pollices , pollex in 12 lineas , linea in 10 particulas seu puncta . In pede igitur erunt lineæ 144 , particulæ vero , seu puncta 1440 . Istiusmodi particularum numero .

merus si conferatur cum eo particularum numero , qui mensuræ alterius Nationis convenit , dabit in partibus pedis parisiensis ejus valorem , ut in sequenti tabella sit manifestum .

T A B U L A

Plurium mensurarum , quæ referuntur ad pedem parisiensem , seu ad puncta 1440.

<i>Mensuræ Particulæ seu puncta</i>		<i>Mensuræ Particulæ seu puncta</i>	
Pes Regius pari- siensis	1440	Hispanus	1240
Aliprandi , seu me- diolanensis	1920	Leydensis	1392
Amstelodamensis	1292	Londinensis	135 $\frac{2}{1}$
Bononiensis	1691	Rhenolandicus	1391
Communis homi- num	1088	Venetus	1540
Geographicus	1650	Viennensis	1399

Ad Parisiensem pedem refertur etiam palmus aliarum Nationum . Palmus autem in 12 partes æquales dividitur , quas vocant uncias : uncia in quinque æquales , quæ dicuntur minuta . Quemadmodum etiam ad eamdem mensuram reducuntur *Passus* , qui constant 5 pedibus . *Hexapeda* , seu

A a 2

To-

196

*Tosia ex pedibus 6, Canna ex palmis 8,
Pertica seu Decempeda ex pedibus 10, mil.
liaria denique & leucæ ad hexapedas seu
tosias reducta.*

<i>Palmus</i>		<i>Brachium</i>
<i>Pes parienses pun- cta</i>	1444	<i>Amstelodamense</i> 3560
<i>Palmus florenti- nus</i>	1129	<i>Bononiense</i> 2540
<i>Hispanus</i>	919	<i>Brixianum</i> 2075
<i>Januensis</i>	1113	<i>Florentinum Mer- catorum</i> 2581
<i>Neapolitanus</i>	1169	<i>Florentium Agri- mensorum</i> 2440
<i>Panormitanus</i>	1073	<i>Hispanum seu varia</i>
		<i>Castellæ</i> 3676

Millaria & Leucæ in Tosias Parisiensibus.

Tosiae Pedes Pollices

<i>Milliare italicum</i>	951	
<i>Italicum cuius 60 dant gra- dum terrestrem</i>	958	
<i>Leuca anglica terræ</i>	3170	5
<i>Gallica magna in usu</i>	2853	
<i>Gallica media in usu</i>	2450	
<i>Gallica parva in usu</i>	2000	
<i>Germanica recens</i>	3865	4
<i>Hispanica terræ</i>	8232	6
		<i>Total.</i>

-9-

Tosiae Pedes Pollices

Hispanica maris	2853
Hungarica	5706
Lusitaniæ	2986
Pedemontana	1133 1 6
Polonica	2853
Svecia recens	5483 2

Animadversio.

CLXVIII.

Hac constituta ratione pedem inter parisiensem atque aliarum Nationum mensuras , difficile haud erit easdem ad pollicem aut parisiensem pedem revocare , ut earum valor in parisiensi mensura innotescat . Vel enim particulæ mensuram aliquam constituentes non excedunt numerum 1440 , si eas ad pollices & lineas parisienses referre velis , divide numerum particularum illius mensuræ per 120 ; quotus exhibebit pollices illius mensuræ , & residuum lineas & particulæ . Ita palmus normitanus , qui constat particulis 1073 , si dividatur per 120 , dabit pollices 8 , lin. 18 par. 3. Si vero mensuræ excedunt particulæ 1440 , per hunc numerum divide illum men.

mensuræ quæsitæ , & quotus dabit pedes parisienses , residuum vero particulas , quæ ulterius divisæ per 120 , quotus dabit pollices , residuum vero dabit particulas . Quod si denique datam mensuram aliquam parisiensem cum alterius Nationis mensura comparare velis , regula proportionis utendum est . Sit e. g. data longitudo hexapedarum 52 , & pedum 2 : seu pedum parisiensium 314 , & queratur numerus palmorum , qui Panormi tali respondeant mensuræ . Cum Panormitanus palmus ad parisiensem pedem se habeat sicuti 1073 : 1440 , fiat hæc proportio 1073 : 1440 :: 314 : x = palmis-

$\frac{1}{3}$

421 , unciis 4 , min. 4 $\frac{1}{3}$: seu cannis 52

palm. 5 , unc 4 , min. 4 $\frac{1}{3}$. Numeri quip.

pe particularum ejusdem magnitudinis comparatae ad diversas mensuras sunt in ratio reciproca magnitudinis earumdem mensurarum .

Quid tempus , ejusque mensura ?

CLXIX.

Tempus aliud est absolutum , verum , & mathematicum : aliud vero relativum , vul-

vulgare, & physicum. Tempus absolutum illud est, quod concipitur æquabiliter fluere absque ulla relatione ad motum alicujus corporis. Tempus relativum vero est, quod ad certam aliquam, sensibilem, & perspicuam normam refertur, ex cuius comparsatione definitur duratio rerum. Adsumimus autem ad metiendam rei continuatam existentiam & durationem pro norma motum Solis diurnum, qui nobis frequentius se offert. Illum dividimus in partes, seu horas 24. Horam in minuta 60 prima, & quodlibet minutum primum in alia 60 secunda; & quodlibet secundum in alia 60 tertia; atque ita porro.

Animadversiones.

CLXX.

1. Uniformis illa quotidiana revolutio periodica cælestis sphæræ, si pro temporis mensura assumatur vocatur dies sidereus. Conversio vero solis a meridiano quovis ad eundem meridianum solaris dies appellatur. Quilibet horum dividitur in horas 24 æquales, quarum primæ vocantur horæ sidereæ seu *primi mobilis, solares* alteræ: singulariæ autem correspondent 15° cælestis sphæræ, seu æquatoris. 2. Animadverendum sc.

secundo quod si supponatur solem ad Aequatorem comparatum æquabili motu procedere, suum periodicum motum non completeret, seu 360° sue orbitæ, nisi post dies 365 hor. $5^\circ 43' 48'' = 31556928''$; posito itaque æquabili motu solis sol spatio 24 horarum motu diurno æquabili in Ecliptica conficiet arcum $\approx 0^\circ, 59', 8'', 33$; quapropter dies medijs solaris erit tempus quod a sole impenditur ad percurrendos $360^\circ, 59', 8', 33$ Aequatoris, atque hora solaris exprimet arcum $15^\circ, 2', 27''$. 8, per quem concipimus solem æquabili motu per Aequatorem procedere. Ex quo deducitur, quod si solaris dies ad horas sidereas referatur, constabit horis $24, 3' 55'', 902$, diesque sidereus e contra comparatus ad solarem diem medium reperietur horarum $23, 56', 4'', 098$; atque diurna fixarum acceleratio erit $\approx 3', 55', 902$. 9. Illud denique est observandum, quod in superiori computatione supponuntur conversiones solis a meridiano quovis ad eundem meridianum omnes æquidiurnas esse, semperque a puncto Arietis dum sol discedit, uniformi motu spatio 24 horarum percurrere $0^\circ, 59', 8'', 33$. Id vero observationibus opponitur; conversiones quippe solis ex inæquali per Eclipticam solis progressu, tum ex hujus ad æquinoctialem in-

cli.

clinatione, ac præterea ex Apogæi solaris exiguo motu non omnes æquidiurnas esse geometrica necessitate consequitur. Astro-nomi itaque inter maximam & minimam naturalis diei durationem, medium quam-dam invenerunt, ad quam veluti normam cæteræ exigantur, regulasque tradiderunt, quibus tempus verum seu apparens in me-dium & æquale, aut vicissim medium & æquale in apparens & verum converti pos-set. Excogitant ergo alium quemdam so-lem, qui per Äquatorem æquabili motu procedat, confessisque semper ejus circuiti minutis 59, cum secundis 8, & 33 (quan-tus est in Ecliptica medius solis diurnus motus) ad meridianum, unde digressus fuerit, revertatur; dum interea verus sol inæquali motu, pro diversa ejus ab Apo-gæo distantia Eclipticam peragrat; atque harum inæqualitatum vicissitudines tabulis illis colligunt, quæ tabulæ æquationis tem-poris nuncupantur.

Exponitur quid sit celeritas?

CLXXI.

Celeritatem, seu velocitatem vocamus efficaciam illam, quam recipit corpus, dum certo tempore aliquod conficit spatium.

B b

Qua-

Quapropter aestimatur celeritas in motu , referendo mobile ad tempus , & spatium .

CLXXII.

Celeritas hæc corpori impertita singulas ejusdem particulas adficere videtur ; propterea quia totum corpus moveri certa velocitate pergit . Ex quo fit , ut explicandi gratia , quo rem omnem expeditius ad calculos reducamus , fingere cogamur celeritatem istam veluti rem per totum corpus diffusam , & singulas particulas adficien tem .

CLXXIII.

Cum vero plerumque contingat , quod tota alicujus corporis extensio secundum suas partes inæqualia spatia conficiat , illud consequi necessum est celeritatem , et si per totum corpus diffusam , non eodem modo adficere partes singulas . Quando itaque partes corporis moti æquale spatium conficiunt , celeritas per eas partes æqualiter diffundi dicitur . Si vero variæ corporis moti partes eodem tempore inæqualia spatia describant , celeritas diffunditur proportione spatiorum , quæ percurrunt . Sic e. g. si baculus manu rotetur , vel virga ferrea ex puncto aliquo clavo appendatur

tur , vel rota aliqua circumagatur , velocitas diffundetur quidem per omnem ejus massam ; sed partes , quo remotiores erunt a brachio rotante , a puncto suspensionis , vel ab axe , eo majorem velocitatem recipient quam propiores , quo circuli eodem tempore descripti majores erunt . Hinc intelligimus , quod dum homo super terræ superficiem deambulat , ejus caput celerius pedibus feratur , majusque spatium eodem tempore confidere debeat . Cum enim homo gravitate propria tendat fere ad centrum Telluris ; si a capite hominis ad Telluris centrum ducta concipiatur linea , quæ per ejus pedes transeat , erit hæc radius sphæræ terrestris , cuius pars capiti respondens , cum longius distet a centro , eo majorem celeritatem habebit , quo majus spatium eodem tempore describere cogitur .

C A P U T II.

Generales motus uniformis & differentiales leges explicantur , quas Mathematica mixta fusius demonstrat .

CLXXIV.

UT ea , quæ in sequentibus experimentis describenda sunt , clarius percipiat .
B b 2 que-

queant, quædam præmittamus oportet de motu uniformi & disformi, quæ in mixta Mathesi synthetica, vel Analytica methodo prolixius demonstrari solent. Motus itaque vel uniformis & æquabilis est, vel disformis. Æquabilis habetur si corpus partibus temporibus semper spatia paria percurrit. Ad hoc vero ut corpus æquabiliter moveatur, ejusque celeritas constanter eadem perseveret, in illud impulsus fieri debet primo tantum temporis momento cum motus cœpit.

CLXXV.

Motus disformis ille dicitur, cujus celeritas continenter ea ratione crescit, qua tempus crescit, ac majus spatum constanter perficit. Vis, quæ singulis momentis novis actionibus corpus urget, dicitur vis acceleratrix. Si actiones virium impellentium æqualibus tempusculis, æqualia semper producant incrementa celeritatis: vis acceleratrix *constans* appellabitur, & motus uniformiter acceleratus: sin autem eadem lege decrescat celeritas, qua tempus crescit, motus erit uniformiter retardatus. Ea vero vis, quæ in motu celeritatem continenter imminuit, vis retardans audit. Quod si actiones virium impellentium æqua-

qualibus tempusculis inæqualia producane
incrementa celeritatis; vis acceleratrix va-
riabilis appellatur, & quæ in motu inæqua-
lia celeritatis decrementa producit, vis re-
tardans variabilis audiet.

CLXXVI.

*LEX I. In motu uniformi velocitas est
directe ut spatium confectum, & inverse ut
tempus, quo conficitur:*

Nempe si globus A per planum horizon-
tale minuto uno conficiat pedes 50, &
globus æqualis B eodem minuto pedes 100,
nemo non videt celeritatem B esse duplam
celeritatis A, quia æqualis massa æquali
tempore duplum spatium conficit. Erit er-
go velocitas directe ut spatium confectum.
Quod si tertius globus æqualis C semisse
minuti primi currat pedes 50; dupla cele-
ritas requiritur, quam in A. Ergo quo bre-
vius est tempus, in quo conficitur spatium
eo major est velocitas, & quo longius est
tempus, eo minor est velocitas. Velocitas
ergo est inverse ut tempus, quo percurri-
tur spatium.

CLXXVII.

Hinc si tempora sint æqualia, celerie-

tates erunt ut spatia iis temporibus descripta. Si spatia sint æqualia, celeritates erunt ut tempora reciproce. Et si celeritates sint æquales tempora erunt ut spatia quæ describuntur.

CLXXVIII.

LEX II. *In motu uniformi seu æquabili spatium confectum est in ratione composita celeritatis & temporis, quo conficitur.*

Videlicet si globus intra idem tempus dupla celeritate æquabili duplum, tripla triplum spatium, & sic porro conficiat; manente eodem tempore spatium erit ut celeritas. Pariter cum duplo tempori manente eadem celeritate duplum spatium respondeat; torque vicibus augeatur, quot sunt minuta temporis; spatium, manente eadem celeritate, erit ut tempus. Ergo ex regulis, analyticis in motu æquabili spatium erit in ratione composita celeritatis & temporis, seu ut productum temporis in celeritatem.

CLXXIX.

Cum sit spatium in motu uniformi a corpore percursum ut factum ex celeritate in tempus, erit tempus ut spatium di-

visum per celeritatem; sive in ratione composita ex directa spatii, & reciproca celeritatis.

CLXXX.

LEX III. *Vis seu quantitas motus in motu uniformi exhibetur per factum ex massa corporis in celeritatem.*

Quo enim particulæ corpora componentes augmentur, manente eadem celeritate, vires moventes augeri debent, ut eodem tempore integra massa spatium datum percurrat.

Corollarium.

CLXXXI.

Celeritate itaque ducta in tempus cognoscitur spatium. Spatio diviso per tempus cognoscitur celeritas. Spatio per celeritatem diviso exhibetur tempus. Massa in celeritatem ducta habebitur quantitas motus. Quantitate motus divisa per celeritatem eruetur massa. Ac denique quantitate motus divisa per massam habebitur celeritas.

Scho-

Scholion.

CLXXXII.

Si per literas initiales designemus celeritatem, spatum, tempus, quantitatem motus, & massam: habebimus per sequentes formulas analyticam expressionem enunciatarum legum motus æquabilis

$$C = \frac{S}{T} \quad T = \frac{S}{C} \quad M = \frac{Q}{C}$$

$$C = \frac{Q}{M} \quad S = CT \quad Q = MC$$

Quod si duorum corporum æquabiliter motorum comparari debeant vel tempora, vel celeritates, vel spatia percurfa, vel denique quantitates motus, tunc corporis e. g. A assumantur litteræ initiales majusculæ, & pro corpore B eadem litteræ minores,

eritque celeritas corporis A $\equiv \frac{S}{T}$, & corporis B $\equiv \frac{S}{t}$. Unde hæc orientur proprietas C : c :: $\frac{S}{T} : \frac{S}{t}$.

Et multiplicando media

dia & extrema habebatur æquatio $\frac{Cs}{t} = \frac{cS}{T}$

$\frac{cS}{T}$. Et ablata fractione , erit fundamentalis

æquatio $CsT = cSt$. Vnde hæc oritur proportio $C:c::St:sT$. Ex qua quidem proportione illud primo deducitur , quod si erit $T = t$, erit etiam $Cs = cS$: nimirum $C:c::S:s$. 2°. Si $C = c$ erit $Ts = tS$, & consequentur $T:t::S:s$ 3°. Si $S = s$ habebimus $Tc = tc$, & consequenter $T:t::c:C$. Unde consequitur , quod si tempora sint æqualia , erunt celeritates duorum corporum in ratione directa spatiorum . Si celeritates sint æquales erunt tempora in ratione directa spatiorum . Si denique spacia sint æqualia , erunt tempora in ratione reciproca celeritatum .

CLXXXIII.

Ex eadem fundamentali æquatione $CsT = cSt$ deducitur ; quod si spacia sint in ratione reciproca temporum , celeritates erunt in ratione reciproca quadrati temporum : nimirum si $S:s :: t:T$ erit $C:c :: t^2:T^2$. Hac enim proportione supposita , erit $ST = st$. Ducendo itaque hanc æquationem per primam fundamentalem

Cc æqua-

æquationem, habebimus $C s S T^2 \equiv c S s t^2$; atque in utroque æquationis membro deëmptis $S s$, erit $C T^2 \equiv c t^2$. Unde hæc orietur proportio $C : c :: t^2 : T^2$. Idem deducitur si spatia sint in ratione reciproca celeritatum : nimirum si $S : s :: c : C$. Tunc enim habebitur $T : t :: c^2 : C^2$, vel $:: S^2 s^2$, ut fundamentalem æquationem adhibendo, calculo facilissime deduci poterit.

CLXXXIV.

LEX IV. *In motu æqualiter accelerato spatium tempore finito, ab initio motus com- putato, percursum est dimidium ejus, quod intra idem tempus percurreretur a corpore motu æquabili; si ab initio æquabilis motus haberet illam eamdem celeritatem, quam in fine temporis per motum acceleratum acqui- sivit, vel si ea celeritate, quam habet in fine motus, æquabiliter progrederetur.*

Galilæus in sua Mechanica dialogo I. ope schematis geometrici hanc legem ac- celerati motus demonstrat. Si enim in trian- gulo ABC (fig. I. tab. I.) ad B rectangulo altitudo AB reprehensent tempus motus uniformiter accelerati; basis autem BC ce- leritatem finalem, quam corpus aliquod acquirit in istanti finito & determinato; area trianguli ABC rite reprehensabit spa- tium

tium eō motu conſectum. Dividatur modo altitudo AB in partes infinite parvas 1, 2, 3, 4, ec.; & a quolibet punclo divisionis du- cantur ordinatæ, basi BC parallelæ: nimi- rum 1 a, 2 b, 3 c, 4 d, ec. Quælibet in- finiteſiwa portio altitudinis designabit in- stans infinite parvum temporis finiti AB, & quælibet ordinata exprimet velocitatem acquisitam quolibet tempusculo. Conſtat autem, quod quælibet ordinata crescit uni- formiter non ſecus ac abſcissæ. Cum enim triangula ABC, A 1 a ſint ſimilia ob paralle- las 1 a, BC erit $A 1 : AB :: 1 a : BC$. Summa itaque ordinatarum, ſeu quod idem eſt area trianguli ABC repreheſentabit perfecte sum- mam velocitatum acquisitarum tempore t- finito & determinato deſignato per AB. Ul- timus autem gradus hujus velocitatis acqui- ſitæ in fine hujus temporis deſignabitur per baſiū BC ejusdem trianguli, quod a Me- chanicis *planum velocitatis* appellatur.

CLXXXV.

Supponatur modo, quod hæc velocitas finita, ieu hic ultimus gradus velocitatis fuifset in corpore, motu æquabili descen- dente, initio motus, ſeu in A. Velocitas hæc non per Triangulum, ſed per ordina-

C c s tas

tas Rectanguli , seu Parallelogrammi ABCD ejusdem altitudinis & basis debuisset designari . Constat autem ex Geometria , quod Triangula quæcumque sunt dimidia Parallelogrammi ejusdem basis & altitudinis . In motu igitur æqualiter accelerato ec.Q.E.D.

Corollarium .

CLXXXVI.

Hinc quoniam in motu æquabili est $S = CT$ erit in motu uniformiter accelerato $S = \frac{CT}{2}$ Littera C designante celeritatem finalem .

CLXXXVII.

LEX V. *In motu æqualiter accelerata spatis æqualibus temporibus percursa sunt ut impares numeri 1 , 3 , 5 , 7 , ec. Adeo ut , si corpus fine primi temporis habeat unum gradum velocitatis , & percurrat pedem 1 . Secundo momento debet percurrere pedes 3 . Tertio momento pedes 5 . Quarto momento pedes 7 , & ita porro .*

Ponamus enim , quod corpus primo instanti temporis percurrat spatiū denota- rum per aream trianguli A 1 a , & acqui-

sie-

sierit celeritatem $\approx 1a$; *fig. 2. tab. I.* Secundo igitur momento spatiū, quod corpus percurreret sola hujusmodi celeritate foret $1 \frac{1}{2}ma$; etenim spatia a corporibus percursa sunt ut factum ex tempore & celeritate; sed hujusmodi spatiū est duplū trianguli $A 1a$, ut superius demonstravimus; cum sit rectangulum habens basim & altitudinem æqualem basi & altitudini trianguli $A 1a$. Igitur ejus area est dupla Trianguli. Corpus igitur si secundo momento latum fuisset sola celeritate, quam acquisivit primo momento, percurrisset spatiū duplū illius, quod percurrit primo momento $A 1$. Atqui præter hujusmodi celeritatem aliam acquisivit $m b \approx 1a$, a vi acceleratrice æqualiter & constanter semper agente; igitur & aliud spatiū confecit æquale Triangulo $A 1a$. Totum ergo spatiū ita percursum secundo momento est triplū primi. Labatur modo corpus tertio momento, vel instanti temporis. Quia initio jam habet velocitatem $\approx 2b$ duplam lineæ $1a$, seu duos gradus velocitatis; si velocitatem $2b$ ducas in momentum, seu tempus, seu ascissam $2, 3$, fiet rectangulum $2n$, quod continet duplū spatiū, quam secundum rectangulum, seu quatuor triangula æqualia primo triangulo; & cum eodem momento tertio acquirat gravitatem sua

sua , seu vi acceleratrice alium gradum velocitatis $\equiv A$: a erunt quinque triangula æqualia primo . Spatium ergo percursum tertio momento est quintuplum primi . Eadem ratione ostenditur quarto , quinto , sexto , & subsequentibus momentis percurrere spatium duplum graduum velocitatis , quos habet initio ejusdem momenti : addito semper uno gradu , quem eodem momento propter constantem vim acceleratricem corpus acquirit . Ergo corpus cadens motu accelerato per lineam AB percurrit æquilibus temporibus spatia , ut numeri impares 3 , 3 , 5 , 7 , ec . Q. E. D.

CLXXXVIII.

LEX VI. *Spatia singulis momentis percursa sunt ut quadrata temporum , incipiendo a primo momento temporis usque ad illud momentum totum ; vel ut quadrata velocitatum finalium incipiendo item a prima velocitate acquifita .*

Hæc lex deducitur a secunda . Nam si spatia æquilibus temporibus percursa denotentur numeris imparibus , sequitur classissime , quod si e. g. spatium i percursum in primo momento addatur spatio 3 percurso in secundo momento , spatium his duobus momentis percursum erit $\equiv 4$. Si ad.

addas 4 ad 5 , mempe spatio tertio momento percurso habebimus = 9 . Si 9 addas 7 spatium nimirum quarto momento percursum conficietur spatium = 16 . Sed 4 est quadratum temporis seu momenti 2 , 9 est quadratum momenti 3 , 16 est quadratum momenti 4 . Spatia ergo ab initio sumpta sunt inter se ut 1 , 4 , 9 , 16 , ec . Seu ut quadrata temporum , quibus describuntur , Deinde cum in motu æqualiter accelerato celeritas sit proportionalis temporis ; si spatia sunt ut quadrata temporum , erunt item spatia ut quadrata celeritatum .

CLXXXIX.

LEX VII. *In motu æqualiter accelerato tum velocitates acquisitæ , tum tempora sunt ut radix quadrata spatii confecti .*

Nam cum quadratum tum velocitatis tum temporis sit proportionale spatio confecto ; sit e converso ut tum velocitas ipsa tum tempus sint proportionalia radici quadratæ spatii confecti , seu ut prædicta radix .

CXC.

LEX VIII. *Si motus fit æquabiliter retardatus , seu æqualibus temporibus æquales velocitatis gradus amittat , omnia contra e-*

ve-

venient, atque in motu æqualiter accelerato.

Eadem enim vis gravitatis, quæ prius celeritatem BC successiue produxit, nunc eamdem iisdem gradibus successiue extinguet. Satis igitur erit concipere velocitatem eadem ratione decrescere atque in motu accelerato augetur. Quare si corpus e loco infimo BC, velociter mittatur sursum; si proprio momento spatium percursum erit ≈ 7 . Secundo momento spatium erit ≈ 5 , tertio ≈ 3 , quarto ≈ 1 ; donec ad supremum punctum A perveniens extinguitur velocitas, ac rursus proprio pondere cadat in terram; & consequenter spatium in motu æqualiter retardato conficiendum per idem triangulum ABC fig. 2. rite representabitur, dummodo BC referat celeritatem initialem.

C A P U T III.

An Gravia Libere decidentia in sui lapsum superius enumeratas leges servent

CXCI.

BReviter prælibatis legibus motus tum æquabilis, tum uniformiter acceleratus videndum modo est an leges istæ in lapsu corporum observentur: & an gravitas ve-

velut vis acceleratrix constans concipienda
sit, quæ quovis momento singulis Particu-
lis materiae, ex quibus corpus coalescit, det
impulsum versus centrum telluris. Porro
hanc gravitatis proprietatem, quam Gali-
læus, univerſæ motus uniformiter accelera-
ti theoriae Auctor, primus dētexit, tanto ex-
perimentorum consensu Clarissimi Viri con-
ſirmarunt, ut rem adeo apertam vel in-
dubium revocare ipsa fana ratio vetet. Ric-
ciolius & Grimaldius utentes Bononiæ Tur-
ri Aſinellorum alta pedes romanos 280,
atque ita in totidem pedes divisa ac nu-
meris distincta, ut facile ē longinquo con-
ſpici possent, atque adhibitis præterea
acerrimis obſervatoribus, quorū alteri,
obſervarent momenta temporis, seu nume-
rum cuiusdam penduli, alteri notarent pe-
des a corpore cadente descriptos singulis
momentis, experimento conſtare fecerunt
ſpatia a globo cadente descripta respondere
quadratis temporum, seu quadratis nume-
ri vibrationum penduli. Obſervarunt præ-
terea singulis minutis secundis ſpatia eſ-
ſe ut numeros impares naturales, pro ut
postulant leges motus uniformiter ac-
celerati. Ac denique conſtitit ipsis glo-
bum ex dicta altitudine cadentem pri-
mo minuto secundo descriptisſe pedes 15.
In ſecundo minuto ſpatium fuiffe pedum

60. In 3'' globum pervenisse ad pedes 135, In 4'' denique ad pedes 240. Hinc, subductis a pedibus 60 pedibus 15 primo minuto secundo descriptis, remansere pedes 45, quos altero minuto globus percurrit: ex 135 subductis illis 60 remansere pedes 75, quos tertio minuto globus percurrit, & denique ex pedibus 240, demptis pedibus 135, superfuere pedes 105, quos quarto minuto globus in suo lapsu percurrit. Pedes igitur descripti singulis quatuor minutis secundis fuere 15, 45, 75, 105. Quibus divisis per primum terminum 15, habuere 1, 3, 5, 7, ec. Experimento itaque constitit quaelibet gravia in suo lapsu describere spatia ut sunt numeri impares naturales, prout galileana theoria, & leges motus æqualiter accelerati exigebant.

Corollarium.

CXCII.

Cum ex Ricciolii & Grimaldi experimentis constiterit corpora quaelibet libere decidentia primo minuto secundo sui lapsus percurrere pedes 15, & unum pollicem circiter: ut expedite constet quantum spatii quovis determinato minuto secundo sui

sui lapsus confecerit corpus , ducantur 15 pedes , & pol. 1 in duplum numerum unitate multatum , qui exprimit quotum ordine sit minutum secundum , pro quo spatiū quæritur . Uti si scire lubeat quale spatium quarto minuto secundo percuratur , multiplicentur pedes 15 , 1 per 8 - 1 = 7 , factum 105 pedum , & pollicum 7 erit spatium quæsitus . Ut reperiatur tempus , quo corpus per datam altitudinem libere labitur , dividatur data altitudo per pedes 15 , 1 , & radix quadrata quoti dabit numerū secundorum . Supponatur e. g. altitudo 241 pedum , & pol. 4 Hæc altitudo per 15 , 1 divisa dat quotum 16 , cuius radix quadrata 4 dat numerū secundorum temporis . Ut denique reperiatur altitudo , quam corpus cādens intra datum tempus emetitur , fiat quadratum temporis , quod ductum in 15 , 1 dabit altitudinem in pedibus . Supponatur quod corpus descenderit 4" . Quadratum 16 si ducatur in 15 , 1 dabit pedes 241 & pol. 4 Tanta ergo fuit altitudo , ex qua corpus libere decidit .

*Nolletti, & Gravesandii
Machina describitur.*

Hujusmodi experimenta calcaria, ut ita dicam, addiderunt omnibus numerosissimis nostræ ætatis physicis Pertractatoribus ad excogitandas novas machinas, quibus omnes ferme motus accelerati leges, & galilæana theoria comprobari, atque oculos conspicere posset. Nolletus faciem præferente Gravesandio excogitavit machinam hujusmodi. Super basim ligneam Tab. I. fig. 3. cochleis G G instruitam, ut auxilio perpendiculari ad posticam partem machinæ applicati, duæ tabulæ perpendicularares C D, B f in situ verticali disponantur. Inter has tabulas excavatus cernitur canalis curvilineus B C probe politus; ita ut per ipsum libere excurrere possit a summo vertice demissus globus eburneus. Tantam globus cadendo per canalem curvilineum velocitatem acquirat, ut percurrens possit dato tempore integrum latus a f horizontale tabulæ, quæ ultracanalem extenditur, si regula adestet, per quam globus possit excurrere. Dividatur hoc latus in quinque partes æquales in b, c, d, e, f, & ducantur verticales linæ

nem b n , c n , d n , e n ; quarum longitudines ita determinantur . Dividitur f 1 in viginti quinque partes æquales . quarum b n continet unam , c n quatuor , d n novem , e n sexdecim & per puncta n n n curva ducatur , quæ indicat viam , quam corpus horizontaliter ita ex a projectum , ut in b cadat , in motu suo percurrit . In hac itaque machina , qnam paratam habemus , observabitis , quod globus demissus ex canalis vertice B , atque illo integre percurso , propriæ gravitati relictus descendet , & primo describet spatium = 1 , secundo spatium triplo magis , tertio spatium quintuplo magis primo ; adeo ut si insigantur in tabula verticali quatuor anuli cuprei o o o o italicati , ut per eos transire possit globus , & in ea distantia , quæ descriptos numeros impares observet , globus in motu suo transibit per anulos , & semira curvilinea percursa , quæ ex ipsa constructione est Parabola , in fovea vel scutella reperietur .

Atwoodi Machina describitur .

CXCI.

Verum theoria galilæana clarius , viviusque observari & exequi potest ope machinæ novissime excogitatæ a D. Atwood Physicæ experimentalis Antecessore in Uni-

versitate Cantabrigiensi, quæque ab inge-
niosissimo Ramsden fuit novis additamentis
illustrata. Machina *tab. I. fig. 4.* super ba-
sim ligneam tribus sustinetur cochleis æneis,
quarum ope in situ ponitur verticali, au-
xilio perpendiculari ad partem posticam su-
spensi. Super hanc basim ligneam regula
verticalis AB erigitur astabre edolata &
perpolita, altitudinis pedum 5 cum dimi-
dio, & in pollices 64 divisa. Hanc regu-
lam præcingunt, & per eam excurrunt duo
sustentacula cuprea S, T, quorum unum S in
medio instar anuli est apertum, ut per il-
lud possit corpus in suo lapsu libere per-
transire, & in limbo anuli deponere eam
ponderis quantitatem QR, qua vis acce-
leratrix producitur. Hæc autem sustenta-
cula ad quamcumqne regulæ altitudinem
possunt firmari ope cochleæ prementis P; a
latere descriptæ regulæ seu hastæ extat pen-
dulum K ad semiminuta secunda oscillans,
& tintinnabulo personante eadem indicans,
ut sonitu facilius distinguat tempus de-
scensus corporis. Super regulam seu hastam
machinula collocatur laminitis, & rotis ori-
calceis composita. Quatuor rotulæ C,D,E,F
facillime circumvolvuntur ope axis calipei
perfectissime elaborati & perpoliti. Præter
has rotulas est alia G diametri majoris,
in superficie habens canaliculum excava-
tum

tum, in quo excurrere potest filum tenuem M, quod in sui extremitatibus L, N duo pondera æqualia, seu duos cylindros æquilibres O, N sustinet. Axis hujusce tantæ rotæ innititur circumferentiae quatuor rotarum, ut minimus & insensibilis sit attritus. In summitate hastæ, subtus machinulam descriptam, est fulcrum H, quod ope elasterii inflecti & deprimi potest, & insimul liberare tum pondus O, quod fulcro insidet, tum extremitatem penduli I in acumen desinentis, ut suas oscillationes valeat peragere; adeo ut, relaxato elasterio, eodem temporis momento inflectitur & deprimitur fulcrum H, pondus seu cylindrus oricalceus O incepit descendere, & sonus tintinnabuli indicat vibrationes penduli ad semiminuta secunda.

CXCV.

Maximum præsidium hujus Machinæ ex eo habetur, quod dimisso pondere a parva altitudine, observatas conspicimus leges omnes accelerati motus, quas superiorius enumeravimus. Pondera præterea, cum a parva altitudine demittantur, resistentia aeris est minima, quæ proinde tanto neglegi poterit. Vis denique acceleratrix pro arbitratu augeri vel imminui potest

CXCVI.

Expleta Machinæ descriptione ad experimenta transeamus. Sumatur cylindrus oricalceus ponderis 63 drachmarum compatta rotarum inertia, & levissimo axis attritu. Sit alter cylindrus ejusdem ponderis, iisque filo alligatis suspendantur supra canalicum excavatum rotæ majoris; adeo ut hi duo cylindri sint in perfecto æquilibrio. Si unū cylindro addatur pondus drachmæ, vis acceleratrix, quæ producetur, & quæ

competet massæ totali cylindri, erit $\frac{1}{6\frac{1}{4}}$;

quapropter spatium, quod a præfato cylindro in descensu describetur, erit proportio-

nale vi'acceleratrici; ac subinde erit $\frac{1}{6\frac{1}{4}}$

spatii, quod eodem tempore percurreretur a cylindro, si integro suo pondere descederet. Relaxetur modo elasterium, adeo ut eodem temporis momento deprimatur fulcrum, cylindrus descendat, & pendulum vibrare incipiat: observabimus quod, primo minuto secundo expleto, cylindrus percurret spatium trium pollicum; adeo ut ob.

obfirmato sustentaculo ad tales altitudinem , eodem temporis instanti pondus sustentaculum premet , & tintinnabulum indicabit minutum secundum . Cum autem tres

pollices sint $\frac{1}{64}$ centum nonaginta duorum

pollicum , qui componunt sexdecim pedes Londinenses : evidenter conspicitur , quod si cylindrus integro suo pondere & gravitate descendisset , debuisset percurrere hoc primo minuto secundo temporis 16 pedes anglicos , seu 15 pedes Parisienses .

CXCVII.

Iterum aptata Machina , sustentaculum figatur ad duodecim pollices . Relaxato , ut supra , clasterio conspiciemus , quod cylindrus expletis duobus minutis secundis tale spatium percurret ; adeo ut in tertio & quarto tintinnabuli ictu pollices 12 - 3 = 9 a cylindro descendente describantur . Quod si sustentaculum collocetur ad altitudinem pollicum 27 , illuc cylindrus perveniet ad sextam penduli vibrationem , seu post tria minuta secunda , unde in tertio minuto secundo percurret pollices 27 - 12 = 15 .

Ee

Ad-

CXCVIII.

Adfigatur denique sustentaculum ad pollices 48, & facto periculo modo jam dicto, animadvertemus ad octavam penduli oscillationem sonitu indicatam, seu ad quartum minutum secundum cylindrum decidentem ibi sistere; & proinde in quarto minuto secundo percurrisse spatium pollicum $48 - 27 = 21$. Spatia itaque a decidente cylindro percursa sunt ut numeri 3, 9, 15, 21. Quod si hos numeros dividas per 3, habebis spatia percursa fuisse ut 1, 3, 5, 7, quemadmodum experimenta Ricciolii & Grimaldi superius producta demonstrarunt.

CXCIX.

Ex hoc eodem experimento clare deducitur spatia a cylindro decidente percursa esse ut quadrata temporum, quibus cadit; nam primo tempore descripsit tres pollices, secundo tempore pollices novem, qui si addantur tribus pollicibus primi temporis efficiunt duodecim, quæ divisa per 3 æquantur 4; quadratum nimirum numeri 2. Et ita porro in reliquis spatiis superius enumeratis.

GA.

C A P U T III.

De Motu Corporum cum resistentia mediæ
comparato, & de causis acceleratio-
nem motus perturbantibus .

CC.

Corpora omnia sibi libere commissa gra-
vitate sua per lineam rectam vi acce-
leratrice tendere ad centrum suum constanti
experientia cognoscimus . Sive enim cor-
pus magnum aut parvum , sive rarum aut
densum , sive minimum sit , ut sunt ea cor-
pora quæ effluvia nominantur , semper ex-
perimur ea cadere in terram linea , quo ad
sensem , perpendiculari superficiei terræ ;
nisi aliquod corpus obstet . Ipse fumus &
flamma , quæ in aere naturali adscendere
videntur , in vacuo tamen Machinæ pneu-
maticæ palam descendunt , ut experimen-
tis constare faciemus . Porro in hoc cor-
porum gravium ad terram accessu , vel ac-
cedendi nisu phænomena diversa a Medii
resistentia , & a causis perturbantibus gen-
ta observamus , in quorum explicatione o-
peram nostram & industriam collocabimus .

Ec 2

Præ.

CCI.

Præmittenda vero est differentia , quæ datur , inter gravitatem corporum absolutam , & eorum pondus . Gravitas absoluta est vis illa , qua corpora terrestria in aere aperto vel in vacuo , libere sibi commissa , ex quiete in linea perpendiculari ad horizonem terrestrem deorsum feruntur ; retenta autem , nec labentia in eadem perpendiculari premunt ea , quibus incumbunt . Ponus vero est ipsa gravitas multiplicata in numerum partium corpus componentium . Quo sit , ut pro majori aut minori numero particularum majus aut minus sit pondus . Idecirco si gravitatio sine impressio , quam una subit particula , toties repetatur , quotus est numerus particularum , quæ in corpore illo continentur , ea gravitatio sic repetita dabit pondus corporis totius .

CCII.

Elementum itaque gravitatis & ponderis est unum ; sed mensura ponderis cuiuscumque corporis est numerus particularum , quæ in corpore illo continentur ; nam quo major est earum partium multitudo sive numerus , eo pluries impressio , quam una su-

subit particula est repetenda, ut totius corporis gravitatio habeatur.

Phænomenon I.

CCIII.

Gravia in medio non resistente eodem tempore per idem spatium decidunt, quantumvis sive quo ad massam & pondus, sive quo ad volumen differant.

.CCIV.

Phænomenon hoc experientia ipsa fit manifestum. Levissima siquidem plumula eodem penitus tempore quo globulus plumbeus ab eodem ad eundem terminum in spatio, quod sit aere vacuum deorsum labitur, si relictum suo genio utrumque surrit ut libere in illo descendat. Aptetur enim disco Machinæ pneumaticæ cylindrus crystallinus altitudinis ad minus pollicum 60. Superiori parti cylindri adhaereat operculum, cui adnectuntur duæ laminæ verticales, quæ instar elasterii aperiri possunt, quæque tres rimas seu scissuras habent, per quas totidem lamellæ oricalceæ horizontali articulo mobili firmantur. Singulæ lamellæ detineant duo corpuscula, levissimum unum

unum, ponderosissimum alterum ut experientum possit iterari terque repeti possit. Postquam a cylindro fuerit aer exhaustus, ope cursoris aperiatur prima lamella, ut demittat corpora quae detinet: observabimus duo ista corpuscula frustum nimirum plumbi, cum leviori plumula eodem exactissimo momento petere discum Machinæ & ad fundum pervenire. Facta prima corporum demissione, poterunt eodem modo reliquæ horizontales laminæ, ope ejusdem cursoris, deprimi; atque ita pluries experimentum institui: in quo semper observabimus eodem tempore, eademque celeritate corpora quælibet, licet diversæ massæ & voluminis, percurrere cylindri altitudinem. Si igitur duo illa corpora inæqualis ponderis & massæ ex altitudine cylindri libere demissa æqua celeritate in spatio non resistente deorsum labuntur, verum universaliter erit corpora quæque in haud dissimili medio æqua celeritate descendere.

CCV.

Hujus autem phænomeni & experi-
menti rationem nullo reperiemus negotio,
si supponamus massam plumbi divisam esse
in centum particulas, plumulæ vero in de-
cem. Quamlibet autem massæ plumbeæ par-
ti.

ticulam præditam esse uno gradu gravitationis , quæ illam eodem velocitatis gradu descendere facit ; quemadmodum quamlibet plumulæ particulam eundem gravitatis gradum obtinere . Plumbum itaque centum e. g. gravitatis gradibus munitum eadem velocitate descendet ac plumula , quæ decem e. g. duntaxat gravitatis gradus obtinet : cum 100 gradus gravitatis in plumbo applicari debeant ad impellendas centum particulas massæ ; quemadmodum decem gradus , qui reperiuntur in plumula , decem duntaxat massæ particulas impellere debent . Quare , ut pressius rem totam complector ; sunt quidem 100 gradus gravitatis in plumbo ; sed ab ipsis 100 etiam particulæ in centrum sunt deportandæ . Contra vero , et si vis gravitatis in pluma sit ≈ 10 , decem tamen particulas in descensum debet urgere . Porro 100 : 100 :: 10 : 10 ; nam si.

$$\text{uti } \frac{100}{100} = 1, \text{ ita } \frac{10}{10} = 1.$$

Observatio .

CCVI.

Observa vero , quod quamvis eadem celeritate præfata duo corpora decidant , ictus ta.

tamen corporis ponderosioris validius agit in fundum cylindri , cum ictus correspondeat quantitati motus . Quantitas autem motus habetur ducendo massam in celeritatem ; unde factum ex massa in celeritatem corporis ponderosioris excedit productum massæ in celeritatem levioris .

Phænomenon 2.

CCVII.

In medio resistente major est , pari volumine , eorum corporum celeritas , quem major est massa seu pondus . Medium autem resistens motum acceleratum graviter tandem ad æquabilem perducit .

CCVIII.

Joannes Theophilus Desagulierius comitum Clarissimis Viris Neuttono , Hallejo , Jurino , Foulkesio & Grahamo iteratis periculis constare fecit globos æqualis voluminis , sed diversi generis & ponderis ex culmine Ecclesiæ S. Pauli in Urbe Londoni , cuius a platea altitudo erat pedum 272 demissos , inæqualibus velocitatibus & temporibus per aera descendisse . Sphæras enim ex plumbō , carta , vitro , & vessica

Ivilla ex præfata altitudine demisit , sem, perque aeris resistentia descensum globorum retardavit ; major autem celeritatis jactura fuit semper in corporibus minus ponderosis , & minus massæ habentibus , quam iis , quæ majori massæ , in majorique pondere sub æquali volumine prædicta erant . Idem expertus antea fuerat Newtonus demittendo ex eadem altitudine globos vitreos mercurio plenos , globosque vitreos ejusdem diametri , sed acre plenos .

CCIX.

Porro aeris , mediique resistentia tan-
tum quandoque minuit corporum cadentium
velocitatem ob sensibile eorum volumen ,
& minimam massam , quam habent , ut
postquam altitudinem aliquam emensa sunt ,
tandem eorum motus non amplius accele-
retur , sed æquabilis evadat : nempe quan-
tum celeritatis à gravitate recipiunt , tan-
tumdem ipsis detrahatur aeris resistentia ; ita
ut prosequantur descensum sola ea celeri-
tate , quam post datum altitudinem rece-
perunt .

CCX.

**Id conjectationes Accadémie Cimen-
F f tinae**

tinæ , & experimenta a Frenichlio instituta evicerunt . Accademiici siquidem Cimentini , exploso globo cum catapulta striata contra loricam ferream , observarunt foveas in hac excitatas majores esse , cum globus a minori proiiciebatur altitudine quam cum a majori . Ex quo conjectere aerem propter suam resistentiam corpora celerrime impulsa retardare ; quantoque majus esset aeris intermedii volumen , tanto magis , minui accelerationem a gravitate productam ; unde corporum casus debuisset tandem ad æquabilem reduci . Frenichlius autem globis ex medulla sambuci demissis ex quadam altitudine animadvertisit eos usque ad 20. pedes motum accelerasse , postea æquabili motu decidisse . Demissa præterea ingluvie galli gallinacei Indici , a pinguedine denudata , & aere distenta , observavit eam post 12 descriptos pedes motu æquabili descendisse .

CCXI.

Nos autem aliorum conjecturis & periclitationibus non indigemus ad hoc phænomenon domonstrandum , cum ad manus habeamus machinam superius descriptam , qua oculis ipsis subiiciemus , quod gravia corpora per aerem cadentia , postea quam
ve-

velocitatem maximam acquisiverunt, cef-
sante actione vis acceleratricis, motu æqua-
bili, & uniformi decidere pergunt.

CCXII.

Aptata itaque Machina, Atwood, & cy-
lindro oricalceo posito supra fulcrum, ope co-
chlearē prementis ad altitudinem trium pol-
licum firmetur sustentaculum illud in anu-
li formam rotundatum, ut per illud pos-
sit libere cylindrus decidens pertransire,
& in limbo anuli deponere eam ponderis
quantitatem, qua vis acceleratrix produci-
tur. Relaxato, ut in priori experimento,
elasterio, cylindrus decidet ad altitudinem
trium pollicum pendulo indicante duabus
oscillationibus unum minutum secundum;
verum cum idein cylindrus perveniet ad
anulare sustentaculum, libere illud per-
means, deponet in limbo eam ponderis quan-
titatem, quæ cylindro fuit superaddita ad
vīm acceleratricem promovendam. Hac ve-
ro deposita non amplius motu accelerato,
sed motu æquabili suum descensum prose-
quetur. Unde si alterum sustentaculum fir-
metur ad altitudinem 9 pollicum, ibi per-
veniet, dum sonitus tintinnabuli quartam
oscillationem indicabit, seu alterum minu-
tum

tum secundum . Percurreret itaque secundo tempore dumtaxat sex pollices , seu duplex spatiū illo , quod primo minuto secundo per motum acceleratum fuit percussum , pro ut lex motus æquabilis a nobis superius explicata postulat .

CCXIII.

Præstat modo , quod experimenta demonstrant , rationibus id ipsum persuadere . Nam si duos sumamus globos A , & B diametri seu voluminis æqualis , densitatis vero seu ponderis diversi ; ita ut A unciam r . B vero 4 uncias præferat , & ambo per aera demittantur ab eadem altitudine , perspicuum est primo globos non posse cedere , nisi æquale volumen aeris propellant , secundo aerem pulsum ac divisum tantam utrique globo resistentiam obijcere , quantum propellitur ; sunt enim actio , & reactio pares . Fingamus , explicandi gratia , post 15 pedes descriptos , utrumque globum ob aeris resistentiam amisisse $\frac{1}{2}$ gradum gravitatis . Manifestum est gravitatis decrementum in utroque globo fore æquale , tum ob æquale volumen , tum ob æqualem velocitatem , quam habent : hoc est in

In A remanere $\frac{1}{2}$ gravitatis gradum; in
 B vero, qui quadruplo est major, remane-
 re gradus $3\frac{1}{2}$. Ergo cum ad 30 pedes
 ambo pervenerint, nulla in globo A vi-
 debitur acceleratio; sed velocitate hactenus
 adquisita, quam retinere debet, moveri per-
 get motu æquabili. At vero in B, qui
 amisit item unum gradum, adhuc super-
 sunt tres gradus virium, quibus motum
 suum amplius accelerabit, donec & ipse
 ad æquabilitatem reducatur.

CCXIV.

Quod si e contrario corpora sint æqua-
 lis densitatis, seu homogenea, volumina ve-
 ro inæqualia, idem evenire est necesse. Nam
 cum B quadruplo ponderosius sit, quam A,
 perspicuum est primo globum B pondero-
 siorem minorem superficiem relate ad suum
 pondus habere, quam A. Secundo globum
 B quadruplo ponderosiorum, quadruplo fa-
 cilius resistentiam superaturum, seu mino-
 rem resistentiam in aere offensurum. Glo-
 bus quippe, cuius volumen comparate ad
 suam massam habet minorem rationem, mino-
 rem patitur resistentiam mediæ. Majorem

v.c.

vero globus ille , cuius volumen majorem rationem habebit ad suam massam . Posita autem æquali densitate , corpus majus seu majori volumine præditum minorem habet rationem ad suam massam . Ergo resistentia quam ambo globi patiuntur , erit directe ut volumina , & inverse ut pondera : hoc est qui minus volumen comparate ad suam massam habet , minorem resistentiam offendit ; & qui majus pondus habet , minorem item resistentiam sentit . Sed acceleratio est reciproce ut aeris resistentia : hoc est quo minus resistit aer , motus magis acceleratur ; & quo magis resistit aer , motus acceleratur minus . Ergo corpus B ponderosius magis accelerabit motum , & corpus A levius minus accelerabit motum , ac tandem globus A , omni acceleratione privatus , fereatur motu æquabili , & uniformi , ut in primo casu vidimus .

Corollarium.

CCXV.

Vires ergo acceleratrices corporum labentium a medi resistentia extenuantur adeo & temperantur , ut tandem dispereant .

Sco.

CCXVI.

Si calculo subiectienda sit in motu corporum medii resistentia: determinari prius debet densitas medii; præterea volumen seu superficies corporis moti; & denique ejusdem corporis moti celeritas. Nam primo, quo medium plus obtinet densitatis, eo magis, cæteris paribus, vi acceleratrici resistit, motumque retardat. Hinc, si ex experimento newtoniano in capsula lignea, quam tabula verticaliter erecta in duas partes dirimit, extent duo fluida inæqualis densitatis: nimirum hinc aer, illinc aqua; & altioribus a punctis pendulorum instar, duo globi suspendantur æqualis volumini, & massæ, quorum aliis aquæ immergatur, aliis vero versetur in aere. Ubi duobus hisce globis æqualis motus conferatur, globi in aqua degentis oscillationes brevi intereunt; sed quæ ad alium globum in aere extante spectant, persistent diutius. Cum enim aqua 300 circiter vicibus sit aere densior, globus, qui in ea spatium aliquod percurrit, invenit in eadem aqua 800 circiter vicibus majorem numerum particularum quam in aere, a quibus resistentia procreabitur. Idem proportionabiliter dici

de-

debet de aqua comparata ad mercurium,
ut Neutonus lib. 3. Opticæ Quæst. 30 con-
stanti experimento confirmavit.

CCXVII.

Sæpputationi deinde subdenda sunt tam
volumen corporis moti, quam ejusdem cor-
poris celeritas; adeout resistentia medii sit
in ratione composita directa densitatis me-
dii, voluminis corporis moti, & quadrati
celeritatis ejusdem. Hinc si duo corpora
nuncupentur A & B, eorum volumina V,
& u, densitates medii D & d, celeritates
C & c, & Resistentiae R & r; erit in Cor-
pore A resistentia, seu $R \propto D V C^2$,
& in corpore B resistentia seu $r \propto d u c^2$.
Quapropter I. si corporum A & B volu-
mina sint æqualia, & celeritates inæqua-
les, resistentia, quæ ab heterogeneis flu-
idis obijicitur, erit in ratione composita den-
sitatum in quadrata celeritatum: nimirum
 $R : r :: D C^2 : d c^2$. Secundo si volu-
mina sint inæqualia, sed æquales celeritates
habeant, resistentiae a fluidis heterogeneis
erunt in ratione composita densitatum &
voluminum: nimirum $R : r :: D V : d u$.
3. Si volumina sint inæqualia, atque cele-
ritates inæquales habeant, resistentia, quam
fluida heterogen ea obijciunt, erit in ratione

..



ne composita densitatum & voluminum in quadratum celeritatis: nimirum $R : r :: D V C^2 : d u c^2 . 4$. Si fluida sint homo- genea, eorumque densitates æquales, erit $R : r :: V C^2 : u c^2$, nimirum in ratio ne composita voluminum in quadrata celeritatum. 5. In iisdem fluidis homogeneis, si volumina sint inæqualia, sed celeritates æquales, erit $R : r :: V : u$. Si denique volumina sint æqualia, & celeritas inæqualis, erit in fluidis homogeneis $R : r :: G^2 : c^2$, Seu resistentiae erunt quadratis celeritatum proportionales.

CAPUT IV.

De Gravium descensu per Planum Horizonti inclinatum.

CCXVIII.

Planum inclinatum vocamus corpus com planatum, quod cum piano horizontali angulum acutum facit. In Plano inclinato debemus distinguere longitudinem Plani ab ejus altitudine. Altitudo est recta ducta ab extre mo puncto longitudinis ipsius Plani inclinati in Planum horizontale, eique perpendiculariter insistens, Hinc à longitudine Plani inclinati sit recta A C,

Gg

Tab.

Tab. i fig. 5. & Planum horizontale a recta B C exprimatur, recta A B Plano B C ad perpendiculum incumbens erit altitudo ipsius Plani inclinati A C. Angulus autem A C B Angulus inclinationis dicetur.

CCXIX.

Ad ea facilius intelligenda, quæ proponemus, operæ pretium est ut animadvertemus vim illam, qua corpus per inclinatum Planum descendit, vel descendere conatur, ab ipsa Plani inclinatione minui. Nam sicuti Planum horizontale sustentat omnia corpora, eorumque descensum penitus impedit; Planum autem verticale nec sustinet corpora, nec eorum lapsui moram iniicit, ita Planum inclinatum, aliquid commune habens cum Planis horizontali ac verticali aliqua solum ex parte delabentibus corporibus obsistit, eorumque celeritatem aliquantulum labefactat. Quamobrem vis gravitatis in corporibus per Plana inclinata descendedentibus non ea tota spectat, ut istorum moveat descensum; sed multa etiam consumitur in Plani resistentis conatu retinendo.

VT

Ut percipi possit quem effectum producat obstaculum Plani inclinati corpori per idem Planum deciduo, ducantur ex centro gravitatis globi E linea ES perpendicularis Plano AC: & linea EX eidem Plano parallela. Compleatur Parallelogrammum ESRX, cuius ER est ejusdem Parallelogrammi diagonalis. Nunc autem sic ratiocinum efformemus. Si Globus E vi gravitatis tempore dato percurrit lineam ER, quæ est pars lineæ ERP, hæc vis eodem modo in corpore E se haberet, ac si componeretur ex duabus viribus ES, EX, quarum una determinaret corpus secundum directionem ES, altera secundum directionem EX. Sed prima vis ES ob invicibile obstaculum Plani in totum destruitur. Remanebit itaque mobili dumtaxat vis, quæ imprimitur corpori æqualis EX. Eodem itaque tempore, quo corpus libere cadens percurreret spatum æquale ER, percurret dumtaxat spatum æquale EX; spatum autem ER majus est spatio EX, cum ER sit hypotenusa trianguli rectanguli EXR, cuius EX est latus. Spatum itaque percursum a mobili super Plano inclinato brevius est eo, quod a mobili percurreretur libere perpendiculariter cadente.

Gg 2

Ex.

CCXL.

Experimentum primum. Super Planō inclinato BCLK (tab. I fig. 6.) retineatur sphæricum corpus A præsidio fili AE, quod per curvaturam trôchileæ traductum, ita collocetur ut parallelum existat superficiei Plani inclinati. Ab altera extremitate fili pendeat lanx F, in qua pondera successivē collocentur ad sphæricum corpus æquilibrium. Manifestum erit, quod cum pars corporis sphærici sustineatur a Plano, non integrā suā gravitate globus descendet, sed dumtaxat gravitatē relativā; unde pondera, quae in lance apponentur, dumtaxat hos gravitatis relativae gradus debent æquare, ut æquilibrium habeatur. Pondera itaque una cum lance indicabunt globi gravitatem relativam. Quod si hanc gravitatem ad examen revocabimus, adinveniemus, quod pondus corporis sphærici A est ad pondera addita lanci F pro æquilibrio obtinendo, quemadmodum est longitudo BC Plani ad altitudinem BD ejusdem Plani. Scilicet si longitudo Plani sit pedum 4, altitudo vero 2, Pondus additum lanci ad æquandam gravitatem relativam globi, cuius pondus est sex librarum debeat esse trium librarum, atque eamdem proportionem habere.

berē ; quam habet longitudō Plani ad ejus altitudinem. Quemadmodum enim se habet 4 ad 2 , ita 6 ad 3 ; gravitas itaque comparativa in Planō inclinato est ad gravitatem absolutam , ut est altitudo Plani ad ejus longitudinem . Quam profecto proportionem reperiemus , dum Planum ita elevetur , ut filum in trochlea H , vel ita deprimatur ut in trochlea G traductum , parallelismum cum inclinato Piano tueatur ,

Scholium.

CCXXII.

Hanc eamdem proportionem calculo geometrico eruere possumus . Cum enim recta ER gravitatem indicet absolutam fig. 5. tab. i. comparativam vero exhibeat SR , si gravitas absoluta vocetur G , comparativa g . Erit $g : G :: SR : ER$. Jam vero Triangula RSE , & ABC sunt similia . Anguli enim ad S & B sunt recti , ad R & A alterni a recta AC duas parallelas EP , & AB intersecante effecti ; adeoque in iis latera homologa proportione sibi respondent : est quae $SR : ER :: AB : AC$. Igitur est etiam $g : G :: AB : AC$.

Co-

Corollarium 1.

CCXXIII.

Si Plani longitudo sumatur pro radio, seu sinu toto, altitudo erit sinus anguli inclinationis. Quare gravitas absoluta erit ad gravitatem relativam, sicuti Radius est ad sinum anguli inclinationis Planis. Hinc si Radius dicatur R , sinus anguli inclinationis sit S ; ob $g : G :: AB : AC$, erit etiam $g : G :: S : R$. Cumque angulo majori semper major, minori minor sinus respondeat, e duobus Planis inclinatis, longitudine ut cumque discrepantibus, in eo est major gravitas comparativa, in quo major est angulus inclinationis.

Corollarium 2.

CCXXIV.

Velocitas, quam acquirit dato tempore corpus deciduum per Planum inclinatum est ad velocitatem, quam eodem tempore corpus perpendiculariter cadens habebet, sicuti est altitudo Planis ad ejus longitudinem. Gravitas enim absoluta est ad gravitatem relativam, sicuti longitudo Planis

ni

ni ad ejusdem altitudinem. Vires igitur acceleratrices in utroque corpore deciduo eamdem proportionem servabunt, & velocitates, quæ sunt harum virium effectus sub eadem proportione comparabuntur,

Corollarium 3.

CCXXV.

Spatium etiam, quod eodem tempore percurritur a corpore per Planum inclinatum descendente, est ad spatiū, quod eodem tempore perpendiculariter corpus cadens percurreret, sicuti altitudo Plani est ad ejus longitudinem. Spatia enim eodem tempore percursa sunt in ratione directa velocitatum. Velocitates autem se habent sicut altitudo Plani ad ejus longitudinem.

Corollarium 4.

CCXXVI.

Tempora, quæ duo corpora inserviunt unum ad percurrendum planum inclinatum, alterum ad metiendum spatium perpendicularare, sunt ut longitudine Plani ad ejus altitudinem. Tempora enim sunt ut radices spatiorum.

Hæc

CCXXVII.

Hæc gravitas comparativa, cum habeat eamdem naturam & proprietates gravitatis absolutæ ejus est pars, hinc in corporibus cadentibus per Planum inclinatum easdem leges observatas conspiciemus motus uniformiter accelerati, quas superius descripsimus in corporibus verticaliter cadentibus. Velocitas quippe eorum corporum servat rationem temporum. Spatia a corporibus percursa in quolibet momento temporis sunt ut numeri impares. Spatia a principio motus computata sunt ut quadrata temporum seu velocitatum, Velocitates & tempora sunt ut radices quadratae spatiorum seu altitudinum. Et tandem velocitas acquisita in fine descensus talis est, quod si tali velocitate uniformiter summotum prosequerentur, duplum spatiū eodem temporis intervallō percurrerent. Verbo dicam: leges descensus corporum per Plana inclinata eadem omnino sunt ac illæ, quæ observantur a corporibus libere ex alto cadentibus.

CCXXVIII.

Exper. 2. A latere hastæ in Machina
At.

Atwoodi (fig. 4. tab. 1.) superius a nobis
descripta insertum & implantatum cernitis
canalem proba edolatum longitudinis pe-
dum 12, & in partes divisum, qui angu-
lum acutum cum hasta seu regula efformat.
Intra hujusce canalis cavitatem duæ metal-
licæ chordæ AB, CD extenduntur, per quas
ope veratilium trochlearum excurrere po-
test pondus X., quod in extrema sui parte
cuspide habet ad campanulam K percus-
tiendam in canalis margine ad varias al-
titudines firmandam. Ubi canalis inseritur
funitari hastæ, retinaculum orichalceum
adest, quo pondus colubetur ne per longi-
tudinem Plani inclinati & per chordas me-
tallicas diffundat & excurreat. Retinaculum
istud tam apte conjungitur cum elasterio
totius Machinæ, ut si ope elasterii retina-
culum deprimatur, pondus, laxamento
habite, libere excurrere potest per chordas
metallicas, & ad campanulam pervenient
sua cuspide illam percussere, & indicare
instans temporis, quo spatium aliquod in-
clinati Plani sicut emensum. Si machina
ita aptetur, ut ad primam penduli oscilla-
tis vibrationem & sonitum pondus descen-
dens sit in puncto 1: quod ex percussione
campanula noscetur: ad secundam penduli
vibrationem erit in puncto 4: ad tertiam
vibrationem erit in puncto 9: seu, quod

H h

idem

idem est , momento primo describet spatium $\equiv 1$: momento secundo spatium $\equiv 3$: momento tertio spatium $\equiv 5$. Ergo motus hujuscē ponderis decidentis erit æqualiter acceleratus , servabit leges numerorum imparium : & spatia percursa integro tempore erunt ut eorum temporum quadrata . Hoc autem distinctius percipietur si campanula adfigatur successive in puncto 4 , & rursus in puncto 9 . Quippe animadvertemus secundæ penduli vibrationi correspondere campanulæ ictum in puncto 4 : tertiae vero vibrationi ictum correspondere puncto 9 : qui profecto sonitus indicabit nobis quænam sint spatia , quæ singulis momentis fuere a pondere cadente percursa .

CCXXIX.

Exper. 3 Si ex puncto quodam anguli oppositi ad Planum inclinatum ducatur linea perpendicularis in Planum ipsum , grave per inclinatum Planum descendens , eodem tempore perveniet ad hujus lineæ intersectionem , quo aliud grave libere perpendiculariter deciduum percurret integrum altitudinem Plani . Firmetur campanula in eo canalis puncto , quod correspondet intersectioni lineæ perpendicularis ductæ ab angulo opposito . Collocentur duo pondera : unum

unum supra fulcrum hastæ , alterum in uno orichalceo . Si relaxetur elasterium , eodem temporis momento deprimentur fulcrum & uncus , & duo pondera descendunt : unum quidem perpendiculari lapsu , alterum vero per Planum inclinatum excurrens . Ex sonitu autem campanulæ , qui a corpore labente per Planum inclinatum producitur , & ex ictu , quem corpus perpendiculariter cadens efformat , comperiemus eodem omnino tempore pondus verticaliter deciduum pervenisse ad infimum punctum altitudinis , quo alterum pondus descendens per Planum inclinatum pervenit ad intersectionem Plani correspondentem perpendiculari ductæ ab angulo opposito . In Plano igitur A C tab. I. fig. 7. spatium a corpore percursum , dum aliud libere cadit per altitudinem Plani A B , determinatur ducendo ad A C perpendicularē B E . Tunc enim longitudo Plani A C est ad hujus altitudinem A B , ut A B , ad A E . Similiter in Plano A D determinabitur idem spatium ducendo ad A D perpendicularē B F . Longitudo enim Plani A D est ad hujus altitudinem A B , ut A B ad A F .

CCXXX.

Quod si in altitudine communi utriusque Plani A C & A D tab. I. fig. 8 Circulus describatur diametro A B, altitudine nempe utriusque Plani, puncta E & F reperientur in circuli circumferentia, & con sequenter partes A E & A F erunt dues chordae ejusdem circuli, atque haec percurrentur a corporibus devolutis eodem tempore, quo corpus libere cadendo potest per currere diametrum A B. Quod sequenti experimento comprobamus.

CCXXXI.

Exper. 4. Sit enim Tabula ad circinum perfecte rotundata (Tab. I fig. 9) diametri trium circiter pedum verticaliter supra ligneam basim collocata. In ea duo canaliculi C, F ita inserantur, ut unius integrum diametrum circuli representent. Alter vero chordam aliquam ejusdem circuli. Ita vero in eadem tabula insigantur, ut possint ad quemcumque inclinationis angulum verti. In summo vertice, atque orificio cuiuslibet canaliculi sit metallica forae ps, quae ope fili aperiri facillime possit: ut in Machina, quam Schema representat, atque ante oculos vestros in experimento sic.

stetur, quilibet intelligere poterit. Si duo globi plumbi eodem omnino tempore permittantur libere per canales excurrere, observabimus, quod eodem omnino tempore ad cavitatem communem perveniet tamen globus qui integrum diametrum peragrat, quam alter qui chordam ejusdem circuli percurrit. Idque constat in cunctis 5 loa- gitudinis fuerit chorda circuli.

CCXXXII.

Exper. 5. Si tres globi vel eburnei vel metallici ab eadem altitudine eodem tempore dimittantur; ita tamen ut unus descendat per arcum circuli, alter per chordam ejusdem arcus, tertius denique per arcum cycloidalem: observabimus, quod eodem omnino tempore ad eundem terminum pervenient qui per arcum circuli, & per chordam ejusdem arcus descendunt. Globus vero, qui per arcum cycloidalem habitur, tanta descendet celeritate, ut globorum per arcum, & per chordam descendenter superet celeritatem. Machina pro huiusmodi experimento conficiendo absque peculiari descriptione ex sola inspectione percipitur (Tab. 1. fig. 10.) Super basim digneam quatuor canales excavatos cernitis. Duo sunt curvilinei, quorum inferior

A D M

A D M cycloidem inversam designat , al-
ter arcum circuli . Tertius I F P est pla-
num inclinatum chordam ejusdem arcus
efficiens . Quartus denique I H horizonti
perpendiculariter insistit . Ope elasterii pos-
sunt vel duo , vel tres , vel quatuor si-
mul globi a vertice canarium corresponden-
tium demitti , ut comparetur tempus de-
scensus globi per chordam cum tempore ,
quod a globo insumitur , dum per arcum
circuli , vel per arcum cycloidalem , vel
denique perpendiculariter habitur .

Scholion.

CCXXXIII.

Ut Phænomena de corporum descensu
in arcu circuli comparato ad chordam , vel
diametrum ejusdem circuli explicetur ope-
ræ pretium est observare , quod corpus grave
descendens per curvam , perinde movetur ;
ac si descenderet per plura Plana rectili-
nea sibi contigua magnitudinis indefinite
parvæ . Est enī linea curva congeries nu-
mero infinitorum laterum infinite exigu-
orum sub angulo evanescente sibi occuren-
tium ; adeoque et si in lapsu curvilineo
continens fiat transitus ex uno Plano in a-
liud , velocitatis tamen decrementum in-

fi.

finitesima quantitas est secundi generis ; atque adeo eorum decrementorum infinitus numerus non nisi infinitesimam quantitatem primi generis exhibere valet , adeoque contemptibilem : ut bene observant Viri præstantissimi PP. Le Sevr & Jacquier . Quando igitur corpus per curvam descendit consideratur , ac si descenderet per plura Plana inclinata sibi mutuo contigua infinite parvae longitudinis ; ac inter se ita disposita , ut infinite parvi sint anguli externi . Grave autem ex eodem ad eumdem terminum æquali tempore pervenit per plura Plana inclinata , & per unum Planum , dummodo flexus sive Anguli , quos efficiunt Plana , dum simul junguntur , motui decidentis corporis sensibiliter non officiant . Hinc sequitur , quod corpus detinendis per chordam , cum descendat per unicum Planum inclinatum , descendens autem corpus aliud per curvam , cum per plura Plana inclinata labatur , quæ sibi mutuo non officiunt , eodem omnino tempore ad eumdem terminum perveniet .

CCXXXIV.

Quod vero spectat ad phænomena de scensu corporum per curvam cycloidalem , frustra nos in eorum explicacione & indag.

250

gine insindaremus, nisi compendiarium spe-
cimen præmittatur totius theorie pendulo-
rum, eorumque phænomena variis experi-
mentis confirmantur.

C A P U T V.

De Motu Pendulorum.

CCXXXV.

Pendulum vocatur corpus grave sive te-
nuissime suspensum, circa cuius alterum
extremum, tamquam centrum in circula-
tionis modum moveri potest.

CCXXXVI.

Motus Penduli est vibratorius seu oscil-
latorius. Integra autem oscillatio habet us
cum Pendulum a data elevatione laxamen-
to dato pervenit ad infimum punctum, ad
quod venire potest, arque iterum ad æqua-
lem altitudinem, unde cederat, pervenit.

CCXXXVII.

Pendulum motu sue vibratorio tam in
descensu, quam in ascensu deforabit partio-
nem circuli.

Si

CCXXXVIII.

Si grave pendulo suspensum descendere per chordam arcus CB , tab. 2. fig. 1. tempus descensus esset æquale illi , quod impenderetur a corpore percurrendo integrum diametrum LB circuli , idest longitudinem duplam longitudinis penduli , ut experientia superius producto demonstravimus .

CCXXXIX.

Ex quo deducitur , quod tempore integræ vibrationis penduli , quod duplum est temporis descensus , corpus verticaliter caddendo posset percurrere quatuor diametros , idest longitudinem octuplam longitudinis penduli : nimirum pendulo oscillante ex D in B , grave laberetur ex L in B , & pendulo ex B in C pari tempore ascendentे , grave spatium triplo majus LB excurreret juxta theoriam galilæanam . Pendulo igitur perficiente integrum oscillationem grave per octo penduli longitudines laberetur .

CCXL.

Si Pendulum exigua oscillatione per arcum admodum parvum moveatur , move.

vetur per lineam, quæ vix differt a chorda circuli; unde ejusdem vibrationes, utut inæquales, fere & ad sensum erunt æque-diuturnæ. Oscillationes autem æque-diuturnæ & eodem tempore peractæ *Isochronæ* dici consueverunt.

CCXLI.

Hinc si fuerint duo pendula æqualis longitudinis, quorum unum in majores arcus, alterum in multo minores excurrat, dummodo utrique ex exiguis fuerint, tempora oscillationum fere æqualia deprehenduntur.

Scholium.

CCXLII.

Majranus animadvertisit, e duobus pendulis æqualibus, quorum primum percurribat arcus minimos, secundum vero arcus trium graduum, post 11382 oscillationes, unius integræ oscillationis inter utrumque differentiam fuisse. Cum autem arcus secundi penduli erat graduum duorum, differentiam unius vibrationis fuisse post oscillationes 29000.

Hoc

CCXLIII.

Hoc autem evenit , vel quia arcus mi-
nim i concipi possunt æquales chordis min-
imis , proindeque eodem tempore percurruntur
ac chordæ : ut putat Keillius : vel quia
arcus minimi cuiuscumque circuli non dif-
ferunt ab arcibus cycloidis factæ ex revo-
lutione ejusdem circuli , ut Joannes Ber-
noullius in Actis Lipsiensibus anni 1714.
rectius judecavit : ex eo præcipue quod in
arcibus minimis tempora oscillationum cum
iis comparata , quæ fierent in chordis , con-
stantem rationem habent quadrantis peri-
phæriæ circuli ad suam diametrum ,

CCXLIV.

Experimento animadvertisimus , quod ac-
celerabitur Penduli motus si filum , a quo
globus pendet metallicus , decursetetur ; tar-
dior fiet si elongetur . Si enim horologium
oscillatorium justo tardius incedat , Penduli
longitudo abbrevianda erit , attollendo tan-
tisper pondus illi adpensum : siq; autem
properet : idem pondus non nihil deprin-
mendo longitudo Penduli augeri debet . Quo
brevis enim est filum Penduli , eo arcus
circuli a Pendulo descriptus majorem ha-

bet curvaturam ; ideoque majori velocitate descendet , quam descendendo per arcum majoris circuli , qui minus convexus est .

CCXLV.

Tempora , quæ insamuntur a duobus Pendulis inæqualiſ longitudinis ad arcus similes describendos , seu ad arcus qui continent æqualem aumerum graduum in Peripheræria , sunt ut radices quadratæ suarum longitudinum ; & e converso longitudines Pendulorum sunt ut quadrata temporum , quæ insamuntur ab ipsis ad arcus similes describendos . Cum enim ex Geometria arcus similes sint ut radii a quibus describuntur ; seu quod idem est , ut longitudines Pendulorum ; sit ut tempora descensus sint item ut radices quadratæ radiorum seu longitudinum ; atque e converso longitudines ; Pendulorum ut quadrata temporum quæ impenduntur ad arcus similes percurrendos .

CCXLVI.

Si itaque longitudines Pendulorum A & B oscillantium in exiguis arcubus circuli sint L & l . Tempora integræ oscillationis sint T & t , erit $T : t :: \sqrt{L} : \sqrt{l}$ & e converso $L : l :: T^2 : t^2$.

Nu.

CCXLVII.

Numeri vibrationum, quæ certo tempore fiunt a duobus pendulis inæqualis longitudinis sunt inverse ut radices quadratae suarum longitudinum, & e converso longitudines Pendulorum sunt inverse ut quadrata summa omnium vibrationum, quæ fiunt tempore dato. Quo enim brevius est Pendulum, eo plures vibrationes facere potest tempore dato: quo plures vibrationes facere potest tempore dato, eo minus temporis insumit in singulis vibrationibus, tempus ergo unius vibrationis eadem ratione decrescit, qua earum numerus crescit: seu est inverse ut summa vibrationum, quas Pendulum certo tempore facit; sed tempora sunt ut radices quadratae longitudinum; numeri igitur vibrationum duorum Pendulorum erunt inverse ut radices quadratae sua. rum longitudinum,

CCXLVIII.

Hinc si innotuerint duorum Pendulorum similium longitudines, & numerus vibrationum, quæ dato tempore ab uno Pendulo conficiuntur, adiuvantur vibratio-
nes

nes eodem tempore faciendie ab alio: & e converso datis numeris oscillationum a duobus Pendulis tempore aliquo confectarum & longitudine unius, inveniēnus alterius longitudinem. Ponamus enim Pendulum cuius longitude sit pedum 16 conficer uno minuto primo oscillationes 21. Si queratur quod eodem minuto perageret Pendulum, cuius longitude sit novem pedum, facillime detegetur; etenim cum numeri vibrationum sint inverse ut radices longitudinum: instauratur regula aurea hoc pacto $\sqrt{9} : \sqrt{16} :: 21 : x = 28$. Scilicet Pendulum longum pedes 9 dabit uno minuta oscillationes 28. Detegatur modo unius ex hisce longitude in Hypotesi, quod sciamus Pendulum, cuius longitude 16, peragere oscillationes 21; & alterum, cuius queritur longitude, conficer vibrationes 28. Quoniam quadrata numerorum vibrationum sunt inverse ut Pendulorum longitudines, sic ratiocinaberis, Quadratum oscillationum 28 est 784. Quadratum oscillationum 21 est 441. Ergo ut $784 : 441 :: 16 : x = 9$. Scilicet longitude illius Penduli, quod dat oscillationes 28, erit pedum 9.

CCXLIX.

Si duo globi aequalis voluminis, sed
di-

diversi ponderis suspendantur duobus filis æqualis longitudinis , vibrationes æquales peragent seclusa medii resistentia . Vis enim gravitatis æqualis est in omnibus corporibus , & æqualiter distribuitur per omnes particulas corpora componentes .

CCL.

Tempora , quæ insumuntur a duobus Pendulis ejusdem longitudinis , sed diversæ gravitatis , in peragendis oscillationibus æqualibus , sunt inverse ut vires ejusdem gravitatis . Ubi enim adinveniuntur diversi gradus gravitatis , ibi sunt diversæ vires accelerantes corporis descensum ; erunt ergo gravitates æquales celeritatibus . Cum autem in spatio percurrendo tempora sint in ratione inversa celeritatum ; erunt quoque tempora in ratione inversa gravitatum , ac per consequens , ubi cætera sint paria , citius oscillabit Pendulum eo in loco ubi vires gravitatis sunt majores , quam ubi eadem vires decrementum aliquod patiuntur .

CCLI.

Hæc omnia intelligenda sunt de Pendulo simplici , cuius filum non debet esse contortum , ne faciat vibrationes in orbem , sed

sed simplex & insensibilis fere ponderis. Nullum autem melius, quam filum serici crudii, vel filum eductum ex foliis Aloes Americanæ, quod *Pita* vulgo vocatur, Panormi autem *Zabara*. Globus sit perfecte sphæricus & æque densus: nec desuper habeat anulum; tunc enim punctum, a quo metimur longitudinem Penduli, esset altius centro globi.

CCLII.

Cum Penduli in exiguis circuli arcibus oscillationes omnes sint ad sensum *isochronæ*, certus earumdem numerus pro certa temporis mensura statui poterit e. g. Si quælibet oscilatio intra unum minutum secundum peragatur, 3600 oscillationes integrum horam constituent. Porro quoniam in Pendulo tempus integræ oscillationis pendet ab ejusdem longitudine; ut perfecte correspoudeat uni minuto secundo, etiam longitudo ipsa Penduli determinata sit oportet. Determinata hæc longitudo sicut *Pes horarius* nuncupari, quæ quidem sub latitudine Parisieusi est pedum Parisiensium 3, linearum $8\frac{1}{2}$ seu dimidiarum linearum 881. Generatim autem hæc longitudo definiri non potest, cum ea per-

deat

deat a vi gravitatis , quam experimentis
summa accuratione institutis coimpertum
est crescere versus polos , decrescere vero
versus Äquatorem

Scholium.

CCLIII.

Richerius anno 1672 obseruavit in Insula Cajenne , quæ ab Äquatore gradibus
distat 4 , minutis 55 . Horologium suum Pen-
dulo instruatum quod ad constantem diur-
num stellarum motum conformaverat , tar-
dius quam Parisis oscillare , ita ut decur-
sandum fuerit Pendulum linea Parilinea
cum quarta parte , ut iterum diurno stella-
rum motus conformaretur . Collegerenter ad
Richerianas observationes expertissimi &
accuratissimi Accademiici pluribus periculis
factis in diversis terræ locis deprehenderunt
non modo in locis prope Äquatorem Pen-
dulum suas oscillationes tardius percire ;
sed ipsum prope Polum minori tempore
oscillare : ut ex tabulis diversarum obser-
vationum , quas ad calcem hujus voluminis
reservamus , cuilibet vestrum constare po-
terit . Quo igitur loca præ Parisis magis
Polo septentrionali proximiora sunt , longlo-
ra debent esse pendula hujusmodi , ob gra-

yitatem majorem corporum omnium; in locis vero inter Parisios & Aequatorem breviora esse pendula ob gravitatem minorem. Hæc autem Penduli oscillantis, seu Pedis horarii decurtatio videtur necessaria Panormi, cum decem circiter gradibus differat ejus latitudo septentrionalis a Parisiensi latitudine; quo sit ut sensibile debeat esse gravitatis discriminem, & consequenter etiam sensibile quod de Penduli longitudine est detrahendum. Meo quidem judicio, si comparamemus hujusmodi discrepantiam cum observationibus factis Romæ a Clariſſimis Viris le Seur & Jaquier, a longitudine Pendu-

li Parisiensis detrahendæ videntur $\frac{45}{100}$ li-

neæ; adeo ut quemadmodum Parisiis longitudine Pedis horarii a Mairano detecta fuit

≈ 3 ped, $8 \frac{57}{100}$ lineæ, ita Panormi vera Pen-

duli longitudo debeat esse pollicum 36, li-

nearum 8 & $\frac{12}{100}$. Hæc autem correctio

conformis est alteri tabulæ, in qua accelerationem Penduli simplicis ab Aequatore ad Polum Dominus de Maupertuis in opere de figura Telluris edito Parisiis anno

1739 accuratissime descripta.

Scholion 2.

CCLIV.

Methodus autem habendi exactam Pe-
dis horarii Panormitani longitudinem haec
erit. Paretur filum ferici crudi , vel filum
eductum ex foliis aloes Americanæ , quod
satis tenax & leve est , nec distenditur ; sed
eiusdem perpetuo manet longitudinis . Ex-
tremitati fili alligetur parvus globus plu-
beus , aut orichalceus tornatus . Nodus insit
alteri extremitati fili . Ejus longitudo craf-
se constituatur pedum Parisiensium 3 , linea-

rum $8 \frac{1}{2}$. Parieti vel tabulæ alicui insiga-

tur stylus chalybeus , teres , politus , & in
acumen definens ex utraque parte , cui
nodus laxus sili applicetur ; ita ut globus
parietem vel tabulam non tangat . Remo-
veatur globus una cum filo a situ verticali
atque attollatur ad duos aut tres gradus
circuli . In promptu sit Horologium pen-
dulo instructum , & affabre elaboratum ;
ita ut accurate ostendat tertio indice mi-
nuta secunda . Globus sibi relictus peritus
& redditus , per descensum & per ascensum

varias oscillationes peraget. Si una vibratio tempore minuti secundi absolvatur, certi erimus, quod longitudo filii erit pedum

Parisiorum 3, linearum 8 & $\frac{12}{100}$, seu li-

narum 440 & $\frac{12}{100}$. Sic igitur expediatur oscil-

latio, producatur filum; si tardius, decur-
retur; donec minuto secundo exakte oscil-
latio absolvatur. Longitudo filii sumitur a
centro parvi globi usque ad styli centrum.
Ex præfinita pedis horarii Panormitani lon-
gitudine haberi etiam poterit exacta pedis
Parisiensis mensura, quam Physici omnes in
suis computationibus & longitudinibus cli-
metiendis solent adhibere. Si enim longi-
tudo pedis horarii Panormitani supra pa-
rietem vel supra tabulam notetur. Inde-

accurate dividatur in partes 440 & $\frac{12}{100}$, ita

habebimus lineam Parisiensem, seu decem
particulas. Duodecim autem lineæ pollicem
dabunt & duodecim pollices accuratam Pa-
risiensis pedis mensuram exhibebunt.

De Pendulis Compositis.

CCLV.

Pendulum compositum quadrupliciter dici solet. Primo cum ex filo exiguo plures globi ad aliquam distantiam fixi pendent. Secundo cum globus unicus est, sed haud exiguae diametri. Tertio cum globus minimus est, sed hasta est gravis, valde sensibilis ponderis. Quarto denique cum hasta simul est gravis, & volumen globi magnum est, seu magnam diametrum præfert.

CCLVI.

Tota Theoria penduli compositi eo deducitur, ut in singulis casibus determinetur centrum momentorum, seu percussionis, seu oscillationis. Hoc enim detecto, & sumpta distantia hujus centri a punto suspensionis, hoc pendulum reducetur ad simplex, nempe oscillationes eodem tempore peragat, quo perageret pendulum simplex ejusdem longitudinis, quanta est distantia centri momentorum a punto suspensionis.

Pe-

CCLVII.

Pendeant igitur virgæ inflexibili tenuisimæ fixi duo globi A & B *tab. 2. fig. 2.*
 Ut centrum oscillationis habeatur regula haec erit. Ducta, massa vel pondere globi B in longitudinem BC, habebimus momentum B. Similiter ducto pondere globi A in longitudinem AC habebimus momentum A. Ducatur modo momentum globi superioris B in distantiam communem BA, & productum dividatur per summam momentorum eorumdem, quotus erit distantia globi inferioris A a centro percussionis seu oscillationis. Si itaque momentum globi B vocetur M, momentum globi A vocetur m. Distan-

tia communis D. formula haec erit $\frac{M D}{M+m}$

= distantiae globi A a centro oscillationis. Vel alio modo: ducatur pondus globi B per quadratum distantiae BC, ducatur praeterea pondus globi A per quadratum distantiae AC; & haec duo producta uniantur in unicam summam. Ducatur postea idem pondus B in simplicem distantiam BC, & pondus A in simplicem distantiam AC; & haec duo producta in unicam summam etiam uniantur. Dividatur denique primum produ-

ductum per secundum , quotus dabit distantiam , quam centrum suspensionis habere debet a centro oscillationis . Si itaque pondus globi B vocetur P , ejus distantia a puncto suspensionis vocetur D . Pondus vero globi A vocetur p , ejusque distantia a puncto suspensionis vocetur d , formula hæc

erit $\frac{PD^2 + pc^2}{PD + pd} = \text{Distantiæ centri suspensionis a centro oscillationis}.$

CCLVIII.

Si globus diæmetrum satis sensibilem habeat , ut fig . 3. tab . 2. perspicuum est hemisphærium superius B minus distare a centro suspensionis , quam hemisphærium inferius A ; ideoque centrum utriusque momenti non esse amplius centrum totius globi ; sed concipi debere velut duo pondera appensa in eadem hasta . Quare si globus sic æqualis densitatis , erunt duo pondera æqualia ; si inæqualis densitatis , erunt duo pondera inæqualia , & in utroque casu valent due regulæ superius descriptæ ad inveniendum centrum oscillationis .

Six

CCLIX.

Sin Pendulum sit hasta ponderosa , ne
fig. 4 tab. 2 & haec concipitur veluti com-
 posita ex pluribus ponderibus conjunctis &
 appensis . Itaque si est aequalis densitatis
 divide eam in tres partes aequales B , A , D .
 Punctum A , quod distat a centro suspen-
 sionis per $\frac{2}{3}$ longitudinis , erit centrum per-
 cussionis . Nam si Pendulum simplex fa-
 cias longitudinis $\equiv \frac{2}{3}$ hastae , ex quo pen-
 deat globus tanti ponderis , quantum est
 dimidium ponderis hastae , id erit Isochro-
 num cum Pendulo superius descripto .

CCLX.

Quod si hasta sat is ponderosa sit , &
 globi diameter magna , ut in *fig. 5 tab. 2*
 Tunc diuisa hasta trifariam , momentum ha-
 stae erit $\frac{1}{2}$ pondus hastae , & centrum per-
 cussionis distabit tertia parte ab extre-
 mate ejusdem hastae . Momentum præterea
 glo-

globi erit pondus globi ductum in longitu-
 dinem hastæ. Quare si ducas $\frac{1}{2}$ pondus
 hastæ in longitudinem tertiae partis hastæ,
 & dividas productum per summam momen-
 torum hastæ & globi, quotus dabit distan-
 tiam centri vibrationis penduli ab extre-
 mitate globi; nimirum $\frac{1}{2} p \times \frac{1}{3} l$; adeo ut

$$\frac{M+m}{M+m}$$

facto pendulo simplici ejusdem longitudinis
 erit *Isochronum* cum pendulo composito.

CCLXI.

Has regulas & leges circa pendula
 simplicia & composita, eorumque longitu-
 dines & oscillationes præ oculis habere
 debetis, Juvenes Accademici, dum ad exa-
 men revocabitis tabellas, quæ exhibent
 observationes omnes a Doctissimis Viris plu-
 rimes repetitas pro determinanda penduli
 longitudine in diversis Terræ locis, ut sem-
 per fixarum motui cohæreat.

Illud denique animadvertisendum est , quod pendulum ad Stellarum diurnum motum exactissime accomodari debet . Ex eo enim percommode detegitur an acceleret vel retardet suum motum . Ut autem ad Stellarum motum accomodetur , dirigatur Tubus Opticus ad aliquam Stellam Fixam , & observetur hora , quam horologium indicat . Relicto tubo optico in eodem situ , si post horas 23 , 56¹ , & 4² Sidus iterum in centro lenti objectivæ tubi optici apparet , certi erimus pendulum nec accelerare , nec retardare suum motum . Fixæ enim tantum temporis insumunt in integra peragenda apparenti revolutione circa tellurem .

C A P U T VI.

Exponitur quomodo ex pendulorum Theoria iter patuerit ad assequendam veram Telluris Figuram , aliaque Gravitatis phænomena enucleanda ,

Cum horologia in diversa loca translatā , & Pendula tam simplicia quam compo-

posita pro diversa Terrarum latitudine ;
 & distantia ab Æquatore vibrationes re-
 spectu temporis inæquales perficiant : illud
 consequi necessum est vim gravitatis non
 ubique terrarum æqualem esse . Neque
 enim hujusce phænomeni in calorem horo-
 logii pendulum sub Æquatore reddentem
 longius rationem & explicationem possumus
 derivare , Refrixit jam dudum Antiquorum
 opinio putantium Zonam torridam præ ni-
 mio calore esse inhabitabilem . Solertia si.
 quidem Itineratorum detecta sunt loca in
 Zona torrida maxime frigida , frequentis.
 sine autem temperata ob ventum præser-
 tim ab oriente in occidentem assidue spi-
 rantem , Terrasque nitro refertissimas , unde
 frigus sensibile manat . Ex Bonguerii &
 Condaminii relationibus innotuit in Urbe
 Quito sita sub Zona torrida Pendulum bre-
 vius reddendum fuisse , quo tempore ibi
 frigus maxime sœviebat . Campobelus ope
 Thermometri gradum determinavit caloris
 in Insula Jammajca : ubi observatorem age-
 bat , eumque conferens cum Londinensi ,
 sub quo horologium suum fuerat elabora-
 tum , deprehendit vix ob calorem retardari

qualibet die potuisse Pendulum $8'' \frac{1}{2}$: in-
 terim vero retardationem in horologio con-

spexit quotidianam 150". scilicet 18 vici-
bus majorem , quam a calore posset oriri .
Testatur quoque Maupertuisius se cum
versaretur prope ciculum polarem , Pen-
dulum sub Parisiensi temperie detinuisse ,
nec potuisse tamen æquales Parisinis oscil-
lationes obtainere , antequam Pendulum
elongaret . Præterea ex dela Hirii expe-
rimento virga ferrea sex pedes longa fo-

li æstivo exposita $\frac{2}{3}$ lineaæ solum longior

evasit . Verum hujusmodi calor , quem
concepit virga illa , major est calore , cui
subjacet pendulum prope Æquatorem , ut
Neutronus notavit lib. 3. princip. prop.
10. Mairanus experimento , quod legitur
in Monumentis Accademiæ Parisiensis anni
1735 , probavit dilatationem laminæ cu-

pri , & ferri , longæ 8 ped. 8 lin. $\frac{1}{2}$ in

aquaæ ebullientis calorem immersæ vix ter-
tiam lineaæ partem attigisse . Æquum est
ergo ut credamus non a calore hastam
Penduli dilatante , sed a gravitate corpo-
ris pendere , quæ cum sub Æquatore mi-
nor sit , major sub Polis , Pendulum ibi
tardius , hic velocius oscillare facit . Hinc
extra dubium est gravitatem ejusdem cor-
po-

poris a Polis Terræ accedendo ad Æquatoriem perpetuo minui, ab Æquatore ad Polos augeri; atque horum incrementorum quantitatem quam proxime esse, ut Neut. tonus lib. 3. princip. prop. 20 docet, ut quadratum sinus recti latitudinis.

CCLXIV

Hæc gravitatis diminutio originem suam repetere videtur a motu Terræ diurno circa proprium Axem. Dato enim quod Terra diurno circa proprium axim motu circumrotetur, sit ut majorem vim centrifugam partes æquoriales, quam Polares concipient; ac per consequens minori illæ, quam istæ agantur vi centripeta. Hinc cum in diurna Terræ rotatione Poli nullum circulum describant, gravitas sub Polis integra erit, nihilque a vi centrifuga imminuetur; dum e contra vis gravi tatis sub Æquatore a vi centrifuga maximum patietur decrementum. In locis autem intermediis vis centrifuga minus gravitatem minuet, quam sub Æquatore, erit que semper proportionalis radiis cujuscumque paralleli terrestris.

Ex

Ex quo diminutio gravitatis sit repetenda a motu Telluris circa proprium axem , deduxit Cristianus Hugenius figuram Telluris esse in modum sphæroidis terminatam : elatiorem scilicet sub Æquatore & compressam , ac veluti complanatam sub Polis . Hinc diameter Æquatoris longior erit axe Terræ , qui Polos conjungit ; & consequenter corpora constituta in superficie Terræ Æquatorialis longius distabunt a centro telluris , quam corpora constituta sub Polis , eorumque gravitas proportionalis erit rationi inversæ hujuscæ distantiae . Quod Hugenius innixus hypothesi revolutionis Terræ circa proprium axem conjectando asservit , id fuit dinceps confirmatum ab Accademicis Parisiensibus misfis a Ludovico XV tum ad Æquatorem tum prope polum borealem , ut gradum circuli meridiani terrestris mensurarent . Ex mensuris enim Bougueri , Godin & de la Condamine peractis ad Æquatorem , & collatis cum gradu meridiani mensurato a Maupertuisio , Monnier , Clairaut , Camus , & Outhier , vera Terræ figura fuit determinata , & diameter terræ versus Polos ad diametrum secundum Æquatorem proxime inventa fuit ut 189 ad 190 . Unde ter.

Terra altior debuit esse ad \textcircumflex equatorem, quam ad Polos excessu milliarium 41. In id conspirant observationes Campobelli, qui invenit longitudinem penduli sub \textcircumflex equatore esse ad longitudinem ejusdem sub Polis, ut 39000 ad 39206: unde sub eadem ratione prodire debet diameter sub Polis ad diametrum sub \textcircumflex equatore: sive proxime ut 189 ad 190.

Scholium.

CCLXVI.

Rogerius Boscovik phænomenon diminutionis gravitatis, quod oscillationes pendulorum indicant, censet percommode explicari posse statuendo in locis prope \textcircumflex equatorem ingentes subterraneas cavernas, per quas terra ibi minus densa fit, quam sub Polis. Addit præterea, quod experientia prope \textcircumflex equatorem ab Accademicis in America instituta fuere in locis ab Oceano interminabili circumdati, cuius Maris rarefactio a calore major est, quam in partibus terrestribus; contra vero observationes prope polos institutas fuisse in locis a Mari elevatis & remotis; ubi proinde minor est rarefactio, & major quantitas materie, eaque magis compacta. Hoc vero posito sic

ra.

ratiocinatur . Ubi minor est quantitas mate-
riæ , ibi minor est attractio ; sed prout ac-
cedimus a Polis ad Æquatorem Terra rare-
fit , seu minorem continet quantitatem ma-
teriæ ; igitur debent corpora minus attrahi ,
seu gravitare ,

CCLXVII.

Illud in ingeniosa hac hypotesi incom-
modi reperitur , quod probari nequeat reap-
pe existere cavernas istas regulariter cre-
scentes Æquatorem versus , deficientes au-
tem omnino sub Polis . Quin immo con-
gruentius videtur , quod in Montibus pola-
ribus , ubi observationes pendulorum sunt
institutæ , cavernæ amplissimæ reperiantur
producendis fontibus ferme necessariæ . Gra-
tis præterea asseritur , nulloque fulcime
inniti potest quod ab oceano in terris æqua-
torialibus maxima corporum rarefactio pro-
ducatur , secus autem in terris polaribus ;
quippe si maris ingens tractus sub Æqua-
tore Americano datur ; nec etiam parvus
ille est , qui ad polum Borealem , & Au-
stralem usque porrigitur .

CCLXVIII.

Ex pendulorum oscillatione constitit
etiam gravitatem corporum supra terræ su-
der

perficiem ad variam & sensibilem altitudinem elevatorum aliquod decrementum subire. Id profecto experimenta illa demonstrant, quæ a Condaminio, & Bouguero in altissimis Peruanis Montibus capta fuere, & iteratis observationibus confirmata. Nam Condaminius in Urbe Quito observavit pendulum tempore 24 horarum oscillationes 98740 absolvisse. Ascendit præterea cum eodem pendulo Montem Pichinca ad altitudinem majorem 750 hexapedarum, & pendulum pari tempore absolvit oscillationes 98720. Deinde in ripa fluminis Amazonum in vico Para multum infra Quito idem pendulum peregit oscillationes 98770; adeoque gravitas major esse debuit in locis terræ humilioribus, minor in editioribus.

CCLXIX.

Bouguerius tradit pendulum, quod oscillationem tempore minuti secundi peragebat in vertice Montis Pichinca, fuisse pollicum 36, line. 6 $\frac{71}{100}$. In Urbe Quito pendulum isochronorum fuisse pol. 36, lin. 6: $\frac{85}{100}$, & in littore marino sub latitudine au-

M m

fia

strali 14 minutorum, fuisse pol. 36. lin. 7 $\frac{7}{100}$.

Est autem vertex illius Montis 2434 hexapedis altior, quam littus marinum. In altitudine igitur 2434 hexapedarum pendulum fuit longitudinis lin. 438, 71. Et in Littore Maris pacifici lin. 439, 7. Ideo vis gravitatis in vertice montis fuit 99575, & in littore 99802. Pendula enim, quorum oscillationes sunt æque diuturnæ, habent vires gravitatis proportionales longitudinibus. Erit ergo vis gravitatis in vertice montis siti, ad eam penduli in littore maris positi, uti 438. 71 ad 439, 7; seu uti 99575 ad 99802. Aliquod itaque in majoribus a superficie terræ distantiis in corporum gravitate decrementum ex pendulorum oscillatione animadvertitur.

Animadversio.

CCLXX.

Quamvis Pendulorum oscillationes indicare valeant illud gravitas decrementum, quod corpora subeunt, dum ad sensibilem a superficie terræ altitudinem evanescuntur; possunt tamen in observationibus peragendis aliquæ perturbatrices causæ immobiles.

misceri , quæ phænomenon decrementi gravitatis impedian. Id profecto evenit D. Coultaud Professori Physicæ Experimentalis Augustæ Taurinorum , qui duobus exactissimis Pendulis æqualis longitudinis, quorum unum collocaverat in summitate Alpium , alterum vero in radicibus eorumdem Montium , facta eorum comparatione, adinvenit pendulum in ima valle situm lentius oscillasse illo , quantum in Montis summitate fuerat collocatum . Namque a media nocte diei primæ Julii ad mediam usque noctem diei primæ Augusti , cum eodem omnino tempore fuissent duo pendula relaxata , atque eodem tempore cohibita , adinventum est pendulum superius indicare 26 minuta prima & 14 secunda post mediam noctem ; dum pendulum inferius designabat horas 11 , minuta prima 53 & 54' ac subinde per dictum temporis spatiū pendulum inferius retardavit minutis 27' & 20''. Observant enim Clarissimi Viri Landius, Alembert , & de la Cepede , quod effectus gravitatis corporum quandoque imminuitur a viribus attrahentibus aliorum corporum . Unde in experimento descripto tantum debuit de vi centripeta penduli in Montis radicibus imminui , quanta erat vis attrahens totius Montis , cuius altitudo , ut refert ipse Coultaud erat hexapedarum 1085 , ac subinde

sensibilem rationem habebat⁷ ad semidiame-
trum terræ . Potuit etiam evenire , quod
pendulum in ima Valle situm lentius oscil-
laret ob minorem densitatem , quæ in Mon-
te reperiebatur comparate ad illam , quæ
in vertice existebat . Observat Bouguerius :
quod si densitas Montium , qui vocantur *le
Cordelliere* esset ut 4 ad 3 relate ad terræ su-
perficiem , pendulorum ejusdem longitudinis
æquales forent oscillationes . Si autem pro-
portio augeatur , tunc velocius in summo
vertice , quam in ima Valle oscillationes ab
æqualis longitudinis pendulis peragerentur .
Id profecto evenire etiam animadvertisimus
in subterraneis specubus , ubi pendulorum
ejusdem longitudinis oscillationes lentiores
reperiuntur , quam supra Terræ superficiem .
Pendulis enim intra telluris stratis consti-
tutis poterit superius stratum sua attractio-
ne tantum gravitatis detrahere , quantum
in corpore debuisset accrescere ob majorem
viciniam centro telluris . Optandum prop-
terea foret , quod experimenta pendulorum
pro explorando sensibili gravitatis decre-
mento , in aliquo globo aerostatico ad ma-
ximam altitudinem elevato , & a terræ su-
perficie disto fierent , ne corporum gravi-
tas ab alliorum corporum attractionibus de-
turbetur .

C A P U T VII.

De Pendulis in Cycloide oscillantibus.

CCLXXI.

Cyclois est ea curva, quam in aere describit quodlibet periphæriæ circuli punctum, dum super planum volutatur. Rotæ curruum cum moventur cycloides assidue in aere describunt. Unde si concipiamus circulum aliquem revolvi supra lineam plani subjecti; itant puncto suæ periphæriæ tangat praedictum planum; atque ita revolvatur hoc periphæriæ punctum, donec peracta circuli rotatione iterum planum attingat, curva, quam describit, curva Cycloidalis appellabitur. Hujusmodi est curva ADNB. Circulus EB, ex quo rotante oritur Cyclois, dicitur circulus genitor. Recta AC super quam revolvitur, *Basis Cycloidis*. Diameter EB circuli genitoris, basi incumbens ad perpendicularm, eamque bifariam dividens dicitur *Axis Cycloidis*. Et punctum extrellum B Diametri sive Axis, *Cycloidis vertex* nuncupabitur. tab. 2. fig. 6.

Cur.

CCLXXII.

Curvam cycloidalem vocant Mechanici curvam brachystocronam, quia est curva celerrimi descensus: nimis in qua corpus grave a dato in ea punto ad datum punctum tanta celeritate descendit, ut breviori tempore nequeat per aliam viam ab eodem ad eundem terminum pervenire.

CCLXXIII.

Eamdem curvam vocant etiam Tautochtonam, quia corpus grave ea ratione deorsum labitur per eam, ut per omnes, utut inaequales illius arcus eodem tempore descendat.

CCLXXIV.

Quinque sunt, si Geometras audimus, Cycloidis insigniores proprietates 1. Cyclois integra est quadruplo major axe, seu diametro circuli genitoris, & semicyclois duplo major eadem diametro circuli genitoris 2. Arcus omnes anguli Cycloidis duplo maiores sunt chordis in circulo genitore sibi respondentibus; sic Arcus NB duplo major est chorda LB; & DB duplo major LB. Spatiu autem cycloidale triplus est area

area circuli genitoris. 3. Arcus Cycloidis sunt directe inter se , ut chordæ in circulo genitore respondentes . 4. Inæquales Cycloides sunt inter se ut ipsarum axes , seu ut diametri circulorum, ex quibus oriuntur. 5. Denique : tempus quo grave per semi-cycloidem , vel quemvis alium ejusdem arcum usque ad punctumimum descendit , ad tempus , quo per Cycloidis altitudinem accelerato motu descenderet , constantem habet rationem : eam nempe , quam circuli semicircumferentia ad illius diametrum habet . Hinc tempus oscillationis cuiusvis in Cycloide est ad tempus lapsus liberí per axem ejusdem Cycloidis , ut circumferentia circuli ad suam diametrum : neinpe ut 355 ad 113 vel ut 22 ad 7 . Non est nostrarum partium omnes recensitas proprietates , aliaque hujuscे curvæ pulcherrima attributa a Mathematicis detecta uberius exponere . Legi possunt , quæ ab Wrenio , Pascalio , Vallisio , Hugenio , Zalavera , aliisque fuere ubertim , & glorioſis conatibus indicata . Sat erit hæc pauca delibasse , ut intelligi possit , quid significet corpus per arcum cycloidalem descendere , quidve ſibi velit pendula in Cycloide vibrare ; atque ita umbratilis habeatur notitia theoriæ Christiani Hugenii , qua horologiis arcus cycloidales voluit accommodare , ut eorum oscila-

la.

lationes essent æque diuturnæ . Cum enim præfato Viro innotuisset , quod tempora descensuum per quoscumque ejusdem cycloidis arcus usque ad punctum infimum æqualia semper essent , hinc non alia ratione horologiorum Automaton defectum ex oscillationum vario tempore ortum corrigi posse deprehendit , quam si per arcus cycloidales eorum pendula excurrerent , simulque modum detexit , quo id consequi possit .

CCLXXV.

Super tabulam vel cartam describatur cycloidalis curva , *tab. 2. fig. 7.* eaque dividatur in duas partes æquales M A , M C , & ita disponantur , ut in sui extremitate jungantur in M . Juxta harum portionum curvaturam duæ laminæ metallicæ inflectantur ; ita ut filum penduli in M suspensum motu suo vibratorio ab utraqne parte sese laminis istis applicet , & eamdem curvaturam cum istis adipiscatur . Tantum distent inter se in altera extremitate istæ duæ laminæ metallicæ , quanta est integra Cycloidis basis AC . Filum , quod ex punto M pendet , sit tantæ longitudinis , quanta semicyclodi involvi valeat , seu quæ circuli genitoris duplam diametrum æquet . Pendulum ita paratum , atque inter duas recensitas láminas metal-

li.

licas semicycloidis curvatura accurate donatas inretitum, vibrationes suas in Cycloide ABC semper efficiet, quæ etiam per arcus inæquales, semper erunt Isochronæ, seu æquidiuturnæ. Nam primo filum MF penduli MB impingens in semicycloides MA, MC, ex Geometrarum demonstrationibus, quas hic non juvat expendere, in extrema sui parte Cycloidem ABC describere debet, quæ, ab ipsis Geometris curva ab Evolutione genita nuncupatur. In hac autem curva corpus grave omnes sive magnos sive parvos arcus eodem tempore percurret. Sive enim a punto A, sive a punto D, sive a quocumque alio inferiore demittatur, vires comparativæ, quæ descensum usque ad infimum punctum B accelerant, constanter eadem ratione decrescent, qua spatiū ipsum percurrendum decrescit; adeoque vis in A est ad vim in quocumque alio inferiore punto D, vel N; ut AB, ad DB; vel ut AB ad NB. Igitur sive ex majori sive ex minori altitudine globus penduli demittatur, dummodo vires descensum accelerantes sint in ratione spatiorum contigendorum, tempus descendens semper erit idem.

Nn

In

CCLXXVI.

In Cycloide siquidem B b C d E, *tab. 2. fig. 8* sit circulus genitor ADCF; ducantur tangentes e H, d x, & ordinatæ e m, d n, & in eodem circulo chordæ m C, n C, quoniam igitur vis, qua urgetur corpus ex puncto e per arcum e d C est æqualis vi, qua ex eodem puncto urgeretur per tangentem e H. Ideoque æqualis etiam vi, qua ex puncto m promoveretur in chordam C; cumque eamdem ob causam vis, qua corpus descendere ret per tangentem d x, & per chordam ei æqualem n C. Consequitur vires, quibus corpus percurrit arcus e d C, & d C, esse inter se ut vires, quibus percurreret chordas m C, n C. Sed vires, quibus percurruntur chordæ m C, n C, sunt ut ipsæ chordæ; id est quo longior est chorda, eo major est vis, qua percurritur. Quo longior enim est chorda, eo proprius ad verticale planum accedit, in quo tota quanta est, vis gravitatis exercetur. Quo vero brevior, eo plus habet horizontalis plani; ideoque gravitatis impetum multa ex parte minuit; Ergo vires illæ, quibus corpus percurrit arcus e d C, d C sunt ut ipsi arcus; arcus autem e d C cum longior sit arcu d C, necessum omnino est, ut vis etiam, quo cor-

pus

pus deportatur per arcum e d C tantum; ante cellulat vim, qua defertur per arcum d C, quantum longitudo arcus e d C longitudinem superat alterius arcus d C. Aequali itaque tempore corpus per utrumlibet arcum descendet. Nam si vires ac celeritates sunt ut spatia percurrenda, diversa spatia eodem prorsus tempore percurrentur.

CCLXXVII.

His accedit: quod tempora descensus penduli ex quocumque arcu Cycloidis habent semper eamdem rationem ad eumdem terminum: nimirū tempus integræ oscillationis per arcum quemcumque oscillationis est ad tempus, quo idem corpus descenderet perpendiculariter per diametrum circuli genitoris, ut periphæria circuli ad diametrum. Itaque tempus, quo pendulum descendit per arcum e d C, & tempus quo labitur per arcum d C eamdem rationem habent ad eumdem terminum: ad tempus scilicet, quo idem corpus descenderet per diametrum AC circuli genitoris: eam nempe quam habet periphæria ADCF ad diametrum AC. Atqui quæ ad eumdem terminum eadem ratione referuntur sunt inter se æqualia; eam igitur ob causam oscillationes omnes penduli per arcus omnino inæquales erunt

Isochronæ . Q. E. D. Quod demonstrationes evincunt , experientia ipsa confirmat . Si enim duæ Cycloides laminæ aut ligno rite insculpantur : duosque globos simul demittas , unum quidem a supremo Cycloidis puncto A , alterum ex punto R , uterque globus asserculum in B firmatum eodem tempore feriet .

CCLXXXVIII.

Ex quibus , ut plane perspicitur Cy. cloidem esse curvam Tautochronam ; ita inde licet inferre eam esse curvam celerissimi descensus . Fac enim quod corpus libere descendat per lineam rectam C b B ; manifeste appetet longius impendi tempus ad integrum percurrendam lineam , quam ad partem b B . Per lineam itaque rectam CB obtineri non poterit celerrimus ejusdem globi descensus . Secus autem evenit in curva cycloidalii . Sive enim corpus descendam suum inchoaverit a supremo punto C , sive in quocumque alio inferiore E , vel R , ad infimum punctum B eodem tempore perveniet .

Sco.

Scholium I.

CCLXXIX.

Ut curva cycloidalis describi possit duatur linea indeterminata AB. Super extremitatem A erigatur perpendicularis, in qua facto centro in C describatur semicirculus. tab. 2. fig. 9. In linea indeterminata AB sumatur longitudine æqualis tribus radiis cum septima parte, seu $\frac{22}{7}$ radii CA. In altero extre-

mo B erigatur altera perpendicularis æqualis diametro DA & ducata parallela DE claudatur Parallelogrammum. Circuli semiperipheræria dividatur in 12 partes æquales, & a quovis divisionis punto ducantur lineæ parallelæ ad AB; linea AB dividatur etiam in 12 partes æquales. Divisio partium hujuscce basis transferatur in omnes parallelas hoc modo. Sumpta circino prima divisione, hæc signetur in prima parallela. In secunda parallela signetur duplum, in tertia triplum, in quarta quadruplum etc. In locis interpunctionis ducatur curva. Hæc erit curva semicycloidalis.

Scho.

Scholium 2.

CCLXXX.

Licet correctio pendulorum ab Hugenio magna sagacitate excogitata nullum modo usum habeat ; eo quia valde per difficile est laminas metallicas inter quas pendulum oseillaret , in arcum cycloidalem revolvere , & Penduli virgam adeo tenuem efformare , ut exquisite se accommodet illarum superficiei ; Theoria tamen motus in Cycloide suppeditavit Physicis rationem accuratius determinandi spatium , quod a corpore libere perpendiculariter cadente intra primum minutum secundum conficitur . Nam primo experimentis & observationibus constat longitudinem penduli , ut suas oscillationes peragat intra unum minutum secundum , esse linearum $440 \frac{1}{2}$.

Secundo ex constructione superius a nobis descripta longitudine penduli oscillantis in curva cycloidali debet esse dupla axis cycloidis , vel dupla diametri circuli generis . In Pendulo igitur oscillationes perficiente tempore minuti secundi axis Cycloidis

dis

$$\text{dis erit linearum } \frac{440 \frac{1}{2}}{2} = 220 \frac{1}{4} \cdot \text{Ter.}$$

tio denique ex quinta proprietate Cycloidis novimus: quod tempus unius oscillationis, seu unum minutum secundum est ad tempus lapsus liberi per axem Cycloidis, sicuti circumferentia circuli ad diametrum, seu 355 ad 113. vel 22. ad 7. Erit itaque ut 22 ad 7; ita tempus unius oscillationis in Cycloide, sive unum minutum secundum, sive 60 minuta tertia ad quartum proportionale, seu ad tempus lapsus liberi per axem Cycloidis, sive per diuidiam longitudinem penduli, idest per

lineas $220 \frac{1}{4}$. Ex Analogia autem con-

stat, quod $22 : 7 :: 60'' : 19 \frac{2}{22}$. Ad per-

currendas itaque in lapsu libero lineas

$220 \frac{1}{4}$ indiget minutis tertiiis $19 \frac{2}{22}$. Jam

vero in corporibus libere cadentibus spatio sunt ut quadrata temporum. Erit ergo

quadratum $19 \frac{2}{22}$ ad lineas $220 \frac{1}{4}$ ut qua-

dra-

dratum 60" minutorum ad x = 2174 li.
neas , sive ad spatium lapsu libero a cor.
pore gravi tempore 60", sive primo minu
to secundo describendum . Hoc spatium ad
pedes reductum est 15 pedum , unius pol
licis & duarum linearum , accuratiori cal
culo , quam experimenta superius producta
exhibuerunt .

Scholion 3.

CCLXXXI.

Sive pendula in horologiis per arcum cycloidalem oscillent , sive vibrationes consiciant per minimos circulares arcus , nihilosecius ab experientia constitit non semper eamdem constantem longitudinem servare , nec accuratam esse temporis mensuram . Pendulum enim sive ferreum , sive æneum , sive ex orichalco ab hyemali frigore contractum breviatur , ejusque oscillatorius motus acceleratur ; æstivo vero tempore a calore in majorem longitudinem productum justo tardius incedit . Ut huic incommodo solertissimi horologiorum Artifices occurrerent varias excogitarunt methodos . Grahamus , ut pendulum constanter eamdem servaret longitudinem , pendulo Thermometrum mercuriale impoluit , ut di-

distantia centri oscillationis a centro motus semper eadem esset . Dum enim pendulum metallicum a calore fiebat longius , & centrum oscillationis descendebat , mercurius in tubo vitro ascendens tantumdem centrum oscillationis elevabat , quantum a calore deprimebatur : quo pacto oscillationis centrum æqualem semper distantiam servabat a centro motus ; ac proinde oscillationes æquabilissime persiciebantur . Alteram etiam correctionem ideam Grahamus excogitavit pendulum compонendo ex quinque virgis ferreis , & quatuor æreis simul connexis suis axibus , circa quos facile verti possent , ut cum ferreæ virgæ elongarentur propter calorem , ideoque centrum oscillationis descenderet , tam tumdem hoc centrum iterum elevaretur ob majorem dilatationem , quam patiuntur cylindri ærei ab eodem calore , idemque eveniret cum cylindri ferrei frigore abbreviantur ; ærei enim magis quam ferrei breviores evadunt , atque ita centrum oscillationis constans in eodem loco servabitur . Ad normam correctionis Grahami duo elegantissima horologia fuere expensis regiis comparata in observatorio panormitanò collocanda . Julius Romain alias simplicem invenit methodum , quam Casinus in his storia Accademiae regiae anni

1741. describit. Cum experientia comper-
tum sit lignum ebenum antiquum a calore
& frigore vix affici posse, D. Ridot opi-
natus fuit, quod si ex ejusmodi ligno pen-
dulum simplex construeretur, modo ab-
omni parte oblineretur vernice, ne humor
aeris irrepereret, illud præstantissimum esset.
Denique, ut de cæteris præclarissimis inven-
tis taceamus, Joannes Harissonius instru-
mentum oscillatorium pro temporis men-
sura, ad dimetiendam geographicam lon-
gitudinem in mari destinatum, adeo accu-
ratum construxit, ut a Senatu Londinen-
si quinque millium librarum sterlinarum
præmio fuerit donatus.

Animadversio.

CCLXXXII.

Si contingat, quod effectus caloris &
frigoris, vel penduli æquidiurnas oscilla-
tiones perturbent, vel axes & dentes ro-
tarum iisdem caloris, & frigoris actioni-
bus subjiciantur, tunc longitudo penduli
corrigenda est, ut quælibet oscillatio in-
tra minutum secundum peragatur. Si ita-
que occurrat, ut horologium oscillatorium
tardius, quam par est, oscillet, vel quando-
que celerius properet, ut pendulum ad
de.

debitam longitudinem pedis horarii e. g. Panormitani revocari possit, hæc regulæ servanda erit. Cum ex superius demonstratis in duobus pendulis oscillantibus quadrata numeri vibrationum sint reciproce ut longitudines pendulorum: nimirum n^2 : $N^2 :: L : 1$, si quadratum secundorum 86400. (quot nempe horæ 24. compo-
nunt) ducatur in lineas $440 \frac{12}{100}$, quæ

pedem horariorum panormitanum componunt, & productum dividatur per quadratum numeri vibrationum, quas pendulum corrigendum spatio 24 horarum perficit; quotus dabit longitudinem hujuscce penduli in lineis & centesimis linearum. Hæc autem

longitudo æquanda est lineis $440 \frac{12}{100}$

vel abbreviando longitudinem, si horologium justo tardius incedat; sin autem properet longitudinem penduli augendo. Cumque duplus logarithmus 86400 in unicam sum-

mam redactus cum logarithmo 400 $\frac{12}{100}$

sit log. 12, 5165985: Si ab hoc logarithmo constanti subtrahas duplum logarithmum numeri vibrationum, quas aliud
 O o 2 pen.

pendulum conficit spatio 24 horarum , re-
siduum dabit logarithmum longitudinis ve-
ræ alterius penduli in lineis & centesimis
lineæ : & consequenter quantum eidem
longitudini sit addendum , vel detrahendum,
ut pendulum spatio 24 horarum oscillationes
86400 exacte conficiat . Sit enim
e. g. horologium oscillatorium , quod spa-
tio 24 horarum conficiat oscillationes 86200 ,
ac proinde tardius incedat minutis 3.20 ;
si a logarithmo constanti log. 12,5165985
Subtrahas

duplum logarit. 86200 = log. 9,8710146

Residuum 2,6455839

dabit logarithmum , qui in tabulis corre-

spondet numero 442 $\frac{17}{100}$. Si itaque a

lineis 442 $\frac{17}{101}$ demas lineas pedis horarii

Panormitani 440 $\frac{12}{100}$, differentia erit li-

nearum 2 $\frac{5}{100}$, quæ detrahendæ erunt a

longitudine penduli attollendo tantundem
pondus illi adpensum , ut horologium exa-
cte quamlibet oscillationem peragat uno
temporis minuto secundo .

C A P U T VIII.

De Compositione, & Resolutione
Motus Rectilinei.

CCLXXXIII.

IN hujuscē Praelectionis exordio mente recolere debetis, quod toties fuit a nobis indigitatnm: vires nempe seu potentias, quæ corpus aliquod ad motum impellunt, esse duplicis generis. Aliquæ vocantur uniformes, quæ totæ adsunt initio motus, earumque celeritas uniformiter servatur, usque ad motus interitum. Aliæ vero sunt, quæ corpus ipsum in motu comitantur, illudque singulis momentis aut sollicitant, aut retardant.

CCLXXXIV.

Motus corporis impulsī a duabus viribus, quarum ambæ agunt æquabiliter, vel ambæ eadem lege accelerant aut retardant motum, est motus compositus, qui per lineam rectam absolvitur. Dum vero corpus movetur a duabus viribus, quarum una agit æquabiliter & uniformiter, altera vero est acceleratrix, curvilineam semitam

tam dimitietur. Præstat modo prioris motus compositi indolem & phænomena rationibus & experimentis declarare; Nam de altero deinceps agemus.

CCLXXXV.

Si corpus urgeatur a dupli ci vi simili , ita ut ab una ad perpendicular em , ab altera ad horizontalem motum promovetnr , vel directiones virium faciant angulum quemcumque , motum ex utroque compositum suscipiens describet diagonalem quadrilateri ab ejusdem directionibus facti ; idque eodem tempore , quo vel unum vel alterum Parallelogrammi latus percurret . Directiones enim virium , quæ ad impellendum corpus uniantur , possunt esse vel plane conspirantes , vel ex adverso oppositæ , vel ex parte conspirantes , & ex parte oppositæ , nempe obliquæ . In primo & secundo casu nullum angulum describunt . Nam si agunt secundum eamdem directionem , veluti unica vis reputabuntur a recta linea denotata & spatium descriptum a corpore proportionale erit summæ velocitatum , quæ a duabus viribus ipsi tribuuntur . Si agunt secundum oppositas directiones , corpus a duabus viribus oppositis & æqualibus distractum , utriquet ob.

obsecundare deberet , atque eodem tempore esse in partibus oppositis : quod cum sit impossibile , hinc quiesceret . Quando vero directiones virium angulum quemcumque efformant , tunc partim conspirantes , partim oppositae erunt ; atque angulus factus , quo erit magis acutus magis conspirabunt , quo obtusior eo magis opponentur : eritque via a corpore absoluta pari tempore major , quo directiones plus conspiraverint , sive minorem angulum inter se versus eamdem plagam ccomprehenderint . Contra erit via , quam corpus peragrat , eo minor , quo directiones magis inter se invicem opponuntur , seu obtusiorum angulum effor- inabunt . In utroque autem casu diagonalem Parallelogrammi corpus percurret .

CCLXXXVI.

Sit enim corpus O ad motum vel æquabiliter vel vi acceleratrice directum a potentia B per latus BD , & a potentia A per latus AE : *tab. 2. fig. 10.* Dico fore , ut corpus neutri istarum potentiarum ex toto parereat , sed motum compositum iniens diagonalem QC descripturum sit Parallelogrammi OE , CD . Potentiae enim A & B nec sunt e regione oppositæ , ut sese mutuo perimant , nec sunt ita unanimes , ut in eundem motum

tum conspirent. Ergo motus , qui diversos istarum potentiarum impulsus consequetur , utrique aliqua ex parte obtemperabit , atque ab utroque aliqua ex parte deficiet . Hic autem est motus compositus per diagonalem OC expressus . Ita enim in diagonali componitur motus , ut in fine cuiusvis temporis ibi sit mobile , ubi esset demum , si omnes illi motus diversis æqualibus temporibus successive a diversis potentiis A & B ipsi applicarentur . Ponamus enim in primis solam vim BD imprimi corpori O , ex adsumpta hypotesi globus O intra datum tempus deveniet ex B in D . Ponamus deinde corpori O jam in D existente imprimi vim A E ; hoc altero æquali tempore describet motu suo lineam parallelam & æqualem ei lineæ , quam descripsisset , si eadem vis tunc fuisset impressa corpori , cum illud situm erat in O : ergo etiam motu suo describet rectam DC æqualem & parallelam rectæ AE , seu ei , quam ex hypotesi descripsisset , si ipso in O existente corpori vis AE impressa fuisset . Si ergo successive vires illæ corpori O applicarentur , corpus O reperiretur in C seu in diagonali parallelogrammi . Dum itaque mutuas vires simul duæ potentiae exerunt , quæ latera parallelogrammi reprehendant , corpus motu composito reperietur in fiaæ diagonalis ejusdem

parallelogrammi. Quæ omnia liquido uberiorus patebunt sequentibus experimentis.

CCLXXXVII.

Exper. I. Esto planum ad instar tabulae Iudi ABCD *tab.* I. *fig.* II. ligneo margine circumscriptum, ne globi eburnei, dum ad motum cidentur excurrere ultro possint, labique extra septum. In parte, quæ anterius extat, duæ regulæ ligneæ perpendiculares simul connexæ statuantur EF, quibus aptentur duæ semicirculares alæ Mm, Nn, quæ possint libere moveri, & quemcumque angulum inter se formare ope cochlearum b, d. Ab utraque pendeat malleolus eburneus p, q, ita mobilis, ut dum ad quamcumque altitudinem elevatur, possit proprio pondere cadere. Ubi facienda sint motus compositi pericula, deducantur semicirculares alæ eum ad angulum, sub quo percuti utrimque decernitur globus H. Attollantur malleoli ad æqualem altitudinem, iisque fibi libere permittantur; ut simul cadentes eburneum globum percutiant. Observabimus quod globus H per lineam diagonalem parallelogrammi ex utraque directione malleolorum facti percurret. Quod quidem eveniet sub quocumque angulo alæ semicirculares vertantur. Ut autem rite experimentum instituatur, prius demisso uno

Pp mal.

malleolo explorandum est an globus hoc unico impulsu describat latus tabulæ , dein de ita alter malleolus est attollendus, ut globus post istum aliud tabulæ latus describat . Habitibus his duobus lateribus compleatur parallelogrammum , & ducta diagonali , si globus ambobus malleolis ad eamdem altitudinem elevatis percutiatur , eam in suo motu percurret .

CCLXXXVIII.

Exp. 2. Sit mensa circularis AOBG horizontalis collocata tab. 1. fig. 12. In utroque opposito margine A,B exiguæ infigantur trochlearæ ita mobiles , ut ad quaecumque directionem A , O , B , G converti facile queant . In centro circularis mensæ corpus aliquod ponderosum C collocetur , cui ab utraque parte filum alligetur , quod per trochleas A , B circumducatur , & in filorum extremitatibus pondera pendeant E,D. Jam vero si corpus a centro removeatur ; ita ut cum filis faciat angulum vel rectum AGB , vel acutum APB , vel obtusum A a B , fibique libere permittatur . observabimus , quod in suo motu semper diagonalem parallelogrammi dimetietur , cuius duo fila , tanquam duo latera ejusdem quadrilateri , reputantur . Quod clarius conspicietur , si duabus

lineis, quas fila describunt, gypso adjungantur duo reliqua latera, & diagonalis eodem modo in tabula signetur, hunc enim a corpore sibi libere demisso percurri observabimus.

Corollarium.

CC XXXIX.

Quoniam diagonalis semper minor est duobus lateribus simul sumptis, hinc velocitas, quam in motu composito corpus acquirit, a dupli vi impulsu non æquatur summæ velocitatum, quas singillatim unaquæque vis tribuere posset, semperque aliquid de tali velocitate deperditur. Accedit ad hæc, quod in virium compositione adest pars aliqua, quæ directioni opponitur, cum inter se nec sint vires plene conspirantes, nec plene oppositæ. Velocitas itaque æqualis erit dum taxat illi summæ virium, quæ conspirant, ea virium quantitate detracta, quæ corporum directioni opponitur. Sive itaque mobile unica vi agatur, quæ lineam diagonalem adæquet, seu duabus simul, quæ lateribus parallelogrammi æquivalent, spectato effectu, semper idem motus producetur. Propterea loco duarum virium unica vis æqualis lineæ diagonali, & vicissim lo-

eo unius per diagonalem representatæ duæ aliæ substitui poterunt. In priore casu duæ vires dicuntur *componi*: in altero au-
tem unica in duas alias *resolvi*.

CCXC.

Quod de duabus viribus in idem corpus suam vim exercentibus probatum hactenus fuit: nimirum quod componi & reprehesen-
tari possint per diagonalem parallelogram-
mi, idem dici potest quotiescumque plures sunt vires, quarum actiones conspirant ad corpus aliquod urgendum. Hinc si vires A, B, C, D, E conspirent in corpus O, &
rectæ AO, BO, CO, DO, EO designent earum directiones & efficaciam, *Tob.* 2.
fig. 11. possumus efficaciam vis compositæ ex omnibus: nimirum illam, quæ eundem effectum super corpus O producit sequenti modo reperire 1. Assumptis duabus viribus A & B, efformetur parallelogramnum AO BI, & in eo ducatur diagonalis OI. 2. Fiat parallelogramnum IOCF, & ducatur in ipso diagonalis OF. 3. Fiat aliud parallelogramnum FODG, & ducatur in ipso dia-
gonalis OG. 4. Denique fiat parallelogram-
num GOEH, & ducatur in ipso diagonalis OH. Hec designabit directionem & effica-
ciam vis compositæ ex quatuor actionibus,
quæ

quæ in corpus O excentur. Nam eundem effectum producet in corpus O, vis cuius directio exprimitur ab IO, ac producunt simul duæ vires A & B simul. Similiter eundem effectum producet vis FO, ac producunt simul duæ vires IO, CO. Ideo dicimus de efficacia, quam designat linea GO, quæ æquivalet viribus A, B, C, D simul; & consequenter vis, cuius directionem & efficaciam designat diagonalis HO est composita a viribus A, B, C, D, E

CCXCI.

Quemadmodum in virium compositione una pro duabus, vel pluribus viribus substitui potest; Ita vis quælibet per diagonalem alicujus parallelogrammi reprehesentata resolvi poterit in duas alias per ejusdem parallelogrammi latera reprehesentatas. Ex quo sequitur, quod quælibet recta linea aliquam vim reprehesentans poterit semper resolvi in duas alias; propterea quia quælibet recta linea possit esse diagonalis alicujus parallelogrammi, & pertinere ad plura latera positione & longitudine diversa, & sub diverso angulo vnta. Hinc vis aliqua per diagonalem reprehesentata poterit semper ulterius resolvi semel ac latera, in quæ resolvitur, considerentur veluti diagonalis al.

alterius Parallelogrammi . Vis e.g. OH, post quam resoluta fuit in duas vires HG & OG; poterit latus OG sumi ut diagonalis alterius parallelogrammi , iterumque resolvi in latera G F , FO . Latus præterea FO semel ac consideretur veluti diagonalis alterius parallelogrammi , in latera FI , IO resolvi poterit . Atque ita successive progrediendo poterunt semper vires in diagonali compositæ in duas alias resolvi , donec vel latera in quibus diagonalis resolvitur omnino evanescent , atque in eo casu actio potentiarum cessabit , vel donec latera evadant opposita , atque in eo casu æquilibrium potentiarum obtinebitur .

Corollarium .

CCXCII.

Hinc plurima phænomena , quæ passim se offerunt , expediri facile possunt . Ex doctrina quippe compositionis & resolutionis motus cognoscimus , quod si cymba adverso fulmine sit trasferenda , & alligatis funibus a duabus viribus trahatur , medium iter tenebit si æquales fuerint . Sin autem una fuerit major , altera minor , tunc iter arripiet proximus majori vi . Eadem cymba fulmen traiiciens ; & remigum impulsu , & aquæ

aquæ profluentis impetu diversas suscipit
 directiones, in pluresque abripitur lineas,
 quæ rectum angulum efficiunt. Remigum
 enim conatu in oppositam ripam motu ho-
 rizontali propellitur, aquæ autem vi ad flu-
 minis cursum prosequendum detorquuntur;
 cymba igitur utriusque directioni obsequens
 per lineam quamdam inter utramque direc-
 tionem medium ad oppositam ripam de-
 vehitur. Sic etiam piscis aquam utroque
 ex latere celerrime feriens, corpus suum
 duplice impulsione promovet, ut directione
 quadam media progrediatur. Sic aves alia
 tanquam remis utuntur, ut duplice earum
 dem impetu sese media quadam via quaqua
 versum facillime inflectant. Sic denique,
 qui ex curru celeriter lato exilit, re ipsa
 motum compositum nanciscitur; utque in-
 fortunia, quæ in hujusmodi saltu evenire
 solent, evadat, proicere se debet versus par-
 tem equorum cum longitudine currus an-
 gulum acutum constituens, aut per angu-
 lum rectum; numquam tamen ad partem
 posticam profiliere; sic enim perpendiculari
 saltu servidas rotas tutissime evitabit. In-
 telligimus præterea cur flante e. g. Boreali
 vento duæ naves ex oppositis Orientis &
 Occidentis, cardinibus navigantes, secun-
 da parique navigatione provehantur, dum
 modo velorum sinus ita in ventum obli-
 quent

quent, ut impetum venti in duas vires resolvant, quarum una sit perpendicularis ad vela, altera vero parallela: Ut videre est in duobus naviis AB, MN, *tab. 2. fig. 12* quæ oppositum tenent iter, vento versus ED, RP persante. Si enim lineæ ED, & RP directionis venti in utrisque naviis in duo latera resolvantur, & vela ita obliquentur, ut unum latus sit ad velum perpendicularare, ambo naves poterunt oppositum tenere iter. Idem dicimus quotiescumque vento ex opposito slante navis huc atque illuc volvi debet, velaque ita obliquari; ut licet directe contra ventum obniti nequeant, resoluto tamen impetu venti in duo latera, tenuissima venti quantitas navim valet impellere, & diversis flexibus contrariaꝝ venti directionem vincere,

C A P U T IX.

D e C o r p o r u m c o l l i s i o n e , u b i D i n a m i c æ p r i n c i p i a e x p l i c a n t u r .

CCXCIII.

Cum duo, aut plura Corpora mota versus eamdem, aut oppositam plagam, sibi mutuo occurrent; aut unum motum in aliud quiescens impingit, talis impactio

vo.

vocatur **collisio corporum**. Pars illa Physicæ, quæ collisionem considerat, ejusque phænomena considerat **Dynamica** appellatur. De hac uberrime pertractarunt Joannes Vallis, Christoforus Wren, Christianus Hugenius Friesius, & Alembert.

CCXCIV.

Ictus seu collisio corporum, vel dicitur directa, vel obliqua. Directa est quando Corpora ita concurrunt, ut nulla detur ratio quare potius ad unam quam ad alteram partem deflectant; adeo ut in eadem linea ante, & post collisionem motus fieri, si non omnis in concursum destruantur. Unde in collisione directa corpora tangent per lineam perpendicularem superficie, quæ per utriusque centrum transit. Collisio vero obliqua est cum directio iictus non est perpendicularis superficie corporum, nec transit per centra eorum.

CCXCV.

In corporum collisione velocitas relativa est maximopere ad calculum revocanda. Vocamus autem velocitatem relativam eam, qua duo corpora ad se accedunt, aut a se recedunt. Quando er-

Q q

go.

go duo corpora ad eamdem partem tendunt, velocitas relativa æqualis est excessui velocitatis unius supra velocitatem alterius. Cum vero duo corpora ad se invicem accedunt, aut a se recedunt, velocitas relativa æqualis est summæ velocitatum absolutarum: his enim ambo corpora ad se invicem accedunt, aut recedunt.

CCXCVI.

Ut definiri possit, qua ratione in mutuis collisionibus corpora augeant, aut minuant, aut etiam in partes alias motum convertant, generalis hæc lex, tamquam fundamentum totius Dinamicæ, est statuenda; nimirum quomodocumque duo, pluvare corpora inter se configant, summa motuum, si fiant in eamdem plagam; aut differentia oppositorum semper manet constans. Legis hujus veritas in eo axiomate fundatur, quod actio & reactio æquales sint; habeantque effectus æquales & oppositos. Si ergo motus duorum corporum sint conspirantes, nullo modo fugientis motus corporis turbare valet motum corporis consequentis, neque hic illum; sed quantum ab hoc recedit, tantum illi additur: si vero motus fuerint oppositi, hoc est versus

suis contrarias directiones, æqualis ab utroque fiet destructio motus. Unde differentia motus in partes oppositas eadem remanet.

CCXCVII.

Quocumque igitur modo corpora inter se configant, vel semper remanet summa eadem motuum, si hi sint in eamdem plagam; vel eadem differentia corporibus versus contrarias directiones motis,

CCXCVIII.

Recolenda hic duo sunt quæ alibi fuerunt a nobis explicata. 1. Quantitatem motus esse æqualem massæ corporis ductæ in suam celeritatem; seu $Q \equiv MC$. Ex quo illud sequitur, ut si quantitatem motus dividas per massam, quotus dabit celeritatem motus: sin quantitatem motus dividas per celeritatem, quotus indicabit massam corporis. Alterum est quantitatem motus ab uno communicari alteri corpori proportione utriusque massæ: nempe si massa A est $\equiv 8$, dat massæ B $\equiv 8$ dimidium sui motus. Si A est $\equiv 8$ & B $\equiv 4$, A dabit B quartam partem sui motus. Sin A sit

Qq 2

\equiv

$\equiv 8 & B \equiv 12$, A dabit B tres partes
sui motus.

CCXCIX.

Corpora vel sunt mollia, vel dura,
vel elastica. Mollia corpora sunt, quæ,
dum incurront figuram amittunt, sed non
recuperant: ut duo globi ceræ, vel mollis
cretæ. Simpliciter dura sunt, quæ in-
ictu figuram non amittunt, immo vero po-
tius franguntur, quam figuram mutent:
veluti duo globi marmorei, & vitrei. Ela-
stica sunt, quæ dum comprimuntur, mu-
tant quidem figuram, sed eam statim re-
cuperant, ut eboris, & chalybis globi.

CCC.

Tribus modis corpora ad invicem oc-
currere possunt. 1. Si corpus A incurrat
in B quietum. 2. Si ambo per eamdem
directionem moveantur; sed ita, ut A
velocius insequens tandem ipsum B adse-
quatur. 3. Si ambo se moventia direc-
te se petunt, & inter se impingunt. Hi autem
modi vocantur tres casus collisionum cor-
porum, qui peculiaribus legibus tam pro
corporibus non elasticis, quam pro corpori-
bus elasticis resolventur.

Ca.

Casus Primus.

CCCI.

Si corpus A non elasticum in aliud quiescens B elasterio itidem destitutum impetu directo incurrat, movebuntur ambo post ictum secundum directionem incurrentis ea velocitate quæ habetur, si quantitas motus incidentis dividatur per summam massarum utriusque. Si e. g. corpus A, cuius massa $\equiv 2$ incurrat celeritate $\equiv 6$ in corpus B quiescens, cuius massa $\equiv 4$. Quantitas motus, cum sit æqualis massæ ductæ in velocitatem, erit in hypotesi in corpore A incidente $\equiv 12$. Hæc dividatur per $2 + 4 \equiv 6$ summam massarum. Quotus 2 designabit velocitatem utriusque post ictum. Et sane cum corpus A in superiori exemplo tantam velocitatem habeat, qua transferre possit massam 2 per spatium $\equiv 6$ (spatia enim sunt ut celeritates); Hinc si adaugeatur massa minuetur celeritas. At massa corporis A in contactu corporis B aucta fuit ut 4; ergo ita debuit minui celeritas; adeoque remanebit celeritas $\equiv 6 - 4 \equiv 2$. Celeritates præterea in utrisque corporibus distribuendæ sunt in ratione inversa massarum; eritque propterea massa corporis

A

A ad massam corporis **B**, ut velocitas se-
cunda ad primam.

Corollarium 1.

CCCII.

Hinc si massæ duorum corporum sint
æquales, post collisionem ambo conjuncta
moventur communi velocitate, quæ erit
dimidium ejus, qua corpus **A** ferebatur
ante collisionem. Sin vero massæ sint inæ-
quales, tanto minor erit in singulis corpo-
ribus celeritas post ictum, quanta requiri-
tur, ut summa quantitatum motus in utro-
que simul corpore post conflictum eadem
sit, quæ fuit ante conflictum.

Corollarium 2.

CCCIII.

Hinc si corpus **A** non elasticum qua-
cumque velocitate finita incurrat directio-
ne perpendiculari in obstaculum **B** insupe-
rabile, **A** totum suum motum amitteret eli-
sum ab obstaculo **B**, ac proinde quiescat.
Massa quippe obstaculi **B** quiescens est ve-
luti infinite magna referendo ad Massam
& velocitatem corporis **A** incurrentis. Ut,
de

de velocitas communicata obstaculo B est
quantitas infinite parva divisa per quan-
titatem infinite magnam post ictum . Ita.
que ambo corpora movebuntur velocitate
infinite parva : hoc est quo ad sensum non
movebuntur .

Scholium .

CCCIV.

Si massam corporis , in quod incurso
fit , vocemus m ; velocitatem ejusdem , quam
ante conflictum habuit , vocemus c ; massam
vero incidentis corporis dicamus M , ejus-
dem velocitatem ante conflictum C ; & de-
nique velocitas post collisionem quæsita vo-
cetur X : quæcumque sint duorum corpo-
rum massæ , si unum corpus ante conflictum

quiescat , erit $X = \frac{MC}{M+m}$. Cum enim cor-

poris quiescentis quantitas motus ante con-
flictum æquetur o ; hinc sola quantitas mo-
tus incidentis corporis per summam utrius,
que massarum dividi ac distribui debet ,

Ca-

Casus secundus.

CCCV.

Si duo corpora non elastica juxta eamdem directionem moveantur, sed velocitate inaequali; ita ut unum alterum assequatur; movebuntur ambo post ictum ea velocitate, quanta est summa quantitatis motus utriusque corporis divisa per summam

$$\text{utriusque massæ; eritque } X = \frac{MC + mc}{M + m}.$$

Quippe eadem motus quantitas, quæ ante conflictum in utroque corpore inerat, eadem post collisionem reperiri debet.

Casus tertius.

CCCVI.

Si duo corpora ab oppositis partibus sibi mutuo occurrant, movebuntur ambo post ictum juxta proportionem præpollentis in quantitate motus: & ea velocitate quæ habetur, si differentia motus utriusque per massarum summam dividatur, eritque prop.

$$\text{rea } X = \frac{MC - mc}{M + m}$$

Co.

Corollarium.

CCCVII.

Hinc si duo corpora non elastica, quorum massæ sunt in reciproca ratione celestatum, sibi invicem occurserunt, post conflictum ambo quiescent. Nimirum, si $M : m :: c : C$; & consequenter $MC = mc$; erit

$$X = \frac{MC - mc}{M + m} = \frac{0}{M + m}. \text{ Hinc etiam si cor.}$$

pora non elastica sibi invicem occurrentia habeant æquales massas & æquales celeritates, post collisionem ambo quiescent. Nam positis massis & velocitatibus æqualibus, motuum quantitates ad invicem oppositæ erunt æquales, & se se mutuo perirent; eritque $MC - mc = 0$. Quod si denique massæ sint æquales & velocitatis inæquales; post conflictum utrumque corpus movebitur directione velocioris cum celeritate æquali semidifferentiæ celeritatum: nimirum erit,

$$X = \frac{m}{2} (C - c).$$

CCCVIII.

Ad hujusmodi theoriam confirmans
Rr

dam, & subducendas calculo corporum con-
gressiones machinam paratam habemus haud
absimilem illi , quam Mariottus , Gravesan-
dius , & Nollettus excogitarunt . In orichal-
cea columna plures cernitis regulas dispo-
fitis uncis , qui fila sustinent . Filis hisce
suspendantur globi perfecte molles , seu ta-
les , qui compressi amittant priorem figu-
ram . Ita tamen in ictu eorum partes in-
tropremantur & cedant , ut globi in rimas
non fatiscant , nec amissam figuram recu-
perare nitantur . Globi hi molles dupli-
filo in regulis transversis sint firmati , ne ui-
lum in motu aut coagressu acquirant mo-
tum conicum , qui vitandus est . Ubi globi
isti ad diversam altitudinem attolluntur , at
que eam directionem servant , quæ ju ngit
eorum eentra , ea omnia phenomena , quæ
in præscriptis legibus superius explicavi-
mus , tentaminibus & experimentis confir-
mari observabimus . Nam primo si unus
globus velocitate $\frac{1}{2}$ incurrat in alterum
ejusdem diametri similem & quiescentem ,
post ictum ambo conjuncte moveri conspi-
ciemus versus eamdem partem velocitate

$\frac{1}{2}$. Secundo si globus alteri tardius mo-

to impingat , ambo conjuncte æqua celeri-
tate ad eundem locum post collisionem pro-
pe.

perabunt. Tertio si directe se petant, & sint ejusdem masse, & velocitatis, omnino ibi consistent; similiter si masse sint reciprocæ velocitatibus, etiam in ictu quiescent. Si denique æquales sint masse & velocitates inæquales, post ictum globus velocior secum feret tardiorem per eamdem directionem.

De Conflictu directo corporum elasticorum.

CCCI X.

In corporibus elasticis duas considerare oportet operationes. Prima est: dum corpora sibi mutuo occurunt, & se se invicem premunt, antequam partes pressæ ad pristinam figuram se restituant: quæ prima actio eadem est, si cætera sint paria, in elasticis, ac in non elasticis corporibus. Alteram actionem consideramus eo momento, quo corpora se se per elasterium restituunt. Cum duo corpora elastica sibi mutuo occurruunt, æqualiter comprimuntur partes utriusque corporis, & partes compressæ æqualiter restituuntur. In secunda hac temporis periodo nova exoritur actio æqualis priori, & duplice in actionem duplex reactio comitatur. In corporibus igitur

R r 2

tur

tur elasticis mutatio cum sit duplex e-
jus , quæ in corporum non elasto-
rum collisione contingit , duas generales re-
gulas cum Cl. Gravesandio statuere possu-
mus , quibus corporum elasticorum veloci-
tates post ictus determinantur .

Regula prima .

CCCX.

Si corporis velocitas , positis corpori-
bus non elasticis in se mutuo impactis ,
ictu augeatur , augmentum duplicatum
priori velocitati est addendum , ut celeri-
tas post impactionem determinetur si cor-
pora fuerint elastica .

Regula secunda .

CCCXI.

Duobus corporibus non elasticis in se
mutuo incurrentibus , si corpus de veloci-
tate amittat , pars amissa duplicanda est ,
quando elastica sunt corpora ; & a priori
velocitate subtrahenda ad determinandam
celeritatem post percussionem .

Co-

Corollarium.

CCCXII.

In elasticis ergo corporibus amissio, aut acquisitio motus duplex ejus est, quæ fieret, si eadem illa corpora mollia, aut quocumque modo non elastica forent.

CCCXIII.

Positis superioribus regulis minime difficile erit in collisione corporum elasticorum definire, quando corpora augeant, quando minuant, & quando in oppositam directionem velocitatem convertant.

Gasus primus.

CCCXIV.

Si globus A directe incurrat in globum B quiescentem, globus B quiescens duplo majus celeritatis augmentum acquisiet per conflictum, quam acquisivisset si uterque globus elasticitate fuisse destitutus. Globus autem A in quiescentem incurrens duplo majus celeritatis fuisse decrementum patietur per conflictum, ac fuisse pa-

sus

sus, si uterque globus elasticitate caruisset. Vocetur enim massa globi A, M, Globi autem B massa vocetur m. Celeritas quæsita globi A post conflictum vocetur X. Celeritas autem globi B post conflictum vocetur Y. Ex regulis præcedentibus, quando globus A elasticus incurrit in globum B quiescentem atque elasticitate donatum,

$$\text{habemus } \frac{X = MC - mC}{M + m}. \text{ Et } Y = \frac{2MC}{M + m}.$$

Corollarium 1.

CCCXV.

Hinc si globi fint æquales, seu $M = m$; globus A totam suam velocitatem tradet globo B, & in ejus loco quiescat, eritque

$$X = \frac{O}{M + m}.$$

Corollarium 2.

CCCXVI.

Si globus A sit major: nimurum $M > m$, tunc globus A alteri quiescenti & minori impingens tardius persequetur suam viam

viam ; globus vero B secundum alterius directionem perget, sed velocius .

Corollarium 3.

CCCXVII.

Si globus A minor impingat in globum B majorem & quietum : nimirum si $M < m$ tunc, globus A regredietur in partem oppositam , globus vero B progredietur eadem directione cum dupla quantitate motus globi A :

Casus secundus .

CCCXVIII.

Si globus A perfecte elasticus directe insequatur B ejusdem naturae , qui ad eamdem partem tardius progrediatur , erit post conflictum celeritas globi A , seu

$$X = \frac{MC + 2mc - mC}{M + m} . \text{ Celeritas autem globi B post conflictum erit } Y = \frac{2MC + mc - Mc}{M + m}$$

Ni-

CCCXIX.

Nimirum in quolibet globo determinabitur velocitas post conflictum ope formulæ, cuius numerator habetur, si propriæ quantitati motus addatur duplum quantitatis motus alterius globi, multiplicatum producto propriæ celeritatis in massam alterius, cui si subscribas pro denominatore summam utriusque massæ, formula consurget, per quam determinabitur velocitas utriusque globi cujuscumque diametri sint, & quamcumque proportionem eorum motus habeant ante conflictum.

Corollarium 1.

CCCXX.

Si fiat hypotesis, quod duo globi sint æqualis massæ, ex formula deducitur, quod dum inæqualibus velocitatibus versuseam, dem directionem moventur, velocitas motum excessum suæ velocitatis in collisione alteri tardius moto impartietur. Et sane cum dimidium ejus excessus illi traderet si globi essent sine elasterio; duplum ergo ejus sive integrum velocitatis excessum illi communicabit, cum elasticitate hina illa corpora prædita sunt.

Co.

*Corollarium 2.***CCCXXI.**

Colligitur præterea ex eadem formula, quod corpus perfecte elasticum in alterum ejusdem naturæ, sed minoris massæ, quod tardius ad eamdem partem moveatur, directe incurrens, suum motum peracta collisione tardius prosequetur. Corpus vero minoris diametri secundum eamdem directionem celerius movebitur.

*Corollarium 3.***CCCXXII.**

Colligitur denique, quod si corpus, quod lentius ad eamdem partem movetur, sit majoris massæ eo, quod in ipsum directe incurrit, tunc corpus minus quandoque suum motum, tardius tamen, quam corpus ipsum majus ab eo percursum, ad eamdem partem post ictum prosequitur; quandoque paraacta collisione manet prorsus immotum; interdum denique post ictum regredietur; juxta nimirum diversas hypotheses celeritatum assumptarum, & massæ utriusque corporis.

Ss

Ca-

Casus tertius.

CCCXXIII.

Si globus A perfecte elasticus, & globus B ejusdem naturæ sibi mutuo ex oppositis partibus directe incurvant, erit post ictum

$$\text{celeritas globi A, seu } X = \frac{MC - mC - amc}{M + m}$$

Celeritas autem globi B post ictum, seu
 $Y = \frac{2MC + Mc - mc}{M + m}$. In globo igitur A de-

terminabitur velocitas X post conflictum ope formulæ, cuius numerator habetur, si propriæ quantitati motus dematur duplum quantitatis motus alterius globi, mulctatum ex facto quod consurgit ex sua velocitate in massam alterius. In globo vero B velocitas Y post conflictum eruetur ope formulæ, cuius numerator habetur, si duplo quantitatis motus alterius globi, additur factum quod consurgit ex sua velocitate in massam alterius, mulctatum propriæ quantitatis motus. Utrique autem formulæ pro denominatore subscribatur summa utriusque massæ.

Co.

Corollarium 1.

CCCXXIV.

Hinc si duo corpora perfecte elastica æqualis massæ sibi mutuo æqua celeritate ex oppositis partibus directe occurrant, eadem celeritate, qua sibi mutuo accessere, post ictum resilient. Idemque eveniet si massæ sint in ratione inversa celeritatum.

Corollarium 2.

CCCXXV.

Si vero duo corpora æqualis elasticitatis & massæ inæquali celeritate sibi mutuo ex oppositis partibus directe occurrant, celeritatibus permutatis post ictum resilient.

Corollarium 3.

CCCXXVI.

Si denique duo corpora elastica inæqualis massæ, æqua celeritate sibi mutuo directe occurrant, corpus minus semper post ictum resiliet; corpus autem majus quandoque suum prosequetur motum, quan-

S 2 do.

doque post ictum subsistet; interdum de-
nique reflectetur; juxta diversam hypote-
sim assumptæ inæqualitatis massæ.

CCCXXVII.

Sed mittamus leges has generales, in
quibus sedulitatem vestram poteritis exer-
cere, atque ad experimenta veniamus.
Sumamus nobis globos eburneos, quo fa-
cilius & accuratius rem omnem ad cal-
culos reducere, & quasi oculis ipsis subji-
cere valeamus. Suspendantur itaque in
machina duo globi eburnei A, B singuli
æqualis massæ e. g. duarum unciarum.
Demittatur globus A ex altitudine arcus
sex graduum, ut cum sex gradibus velo-
citatis incurrat in B quiescentem. Ani-
madvertemus globum B percurrere sex gra-
dus arcus & vicissim globum A post ictum
quiescere. Si ambo globi essent molles, ex
regula collisionis corporum non elasticorum,
globus A cadens imprimiceret globo B quie-
scenti solum tres gradus velocitatis, & ambo
post ictum tribus gradibus velocitatis pro-
grederentur. Verum cum sint elastici, dum
recuperant propriam figuram, uterque in
recursu dat alteri æqualem motum primo
impulsui. Unde corpus A dabit corpori B
tres alios gradus velocitatis ad progre-
dien.

diendum , & corpus B dabit corpori A tres gradus ad regrediendum , seu extinguet tres illos gradus , qui in corpore A remanentur . siffent ad motum continuandum . Hoc autem eodem modo evenire videbimus , si pro globis pendulis sumamus globos lusorios , eosque in tabula perpolita ad libellam positam , & corona vel margine undique cincta eodem modo impellamus , ut in ludotudiculare fieri solet .

Animadversio .

CCCXXVIII.

Dum globus A eburneus ineurrat in B quiescentem , post ictum aliquantis per motu pergit . Id autem experimento non officit . Nam A duos habet motus : alterum directum , alterum rotationis . Communicat autem globo B solum motum directum , non vero rotationis , cui non resistit globus B , ideoque aliquandiu durat .

CCCXXIX.

Ex hac velocitatum permutatione petenda est explicatio pulcherrimi cujusdam phænomeni globulorum elasticorum æquales mailas habentium . Nempe suspendantur

tur n̄is sex globuli eburnei æqualis mas-
ſæ , & ita ad contactum ponantur , ut eo-
rum centra fint in eadem linea recta . Si
ex una parte elevetur primus , atque hic
directe incurrat in quinque reliquos quie-
ſcentes ; quiescent omnes & sextus move-
bitur æquali velocitate ac primus . Si pri-
mi duo eleventur & incurvant in quatuor
reliquos ; omnes quiescent , sed ultimi duo
movebuntur æquali velocitate ac primi .
Et ita porro de reliquis . Nam in primo
casu singuli quinque globi elasticí prouo
impulſu dant consequentibus dimidiam ve-
locitatem suam , & in repulſu recipiunt di-
midiam velocitatem in contrariam partem ,
ſubindeque confiſtere debent . Sextus vero ,
qui in primo & secundo impulſu velocitatem
parem primo globo recipit & nihil alteri
communicat , nihil perdit , sed moveri debet
æque velociter ac primus . In secundo ve-
ro casu cum quilibet ex duobus globis per-
pulſis eumdem effectum habeat ; duo glo-
bi ab uno extremo incurrentes , duos glo-
bos ad alterum extremum propellent , &
communi celeritate procurrent .

CCCXXX.

Si vero globi eburnei , qui in eadem
direſtione ſuspenduntur , fint inæqualis mas-
ſæ

sæ ; intermedii vero sint media proportio-
nalia ultimo globo , tunc major velocitas
communicabitur ea , quæ a primo globo
tribuitur . Ut e. g. Si primus globus sit
unciarum 8 , alter unciarum 2 , & medius
sit unciarum 4 ; cum 4 sit medius propor-
tionalis inter 8 & 2 ; globus duarum un-
ciarum majorem recipiet velocitatem per
interpositionem globi unciarum quatuor ;
quam si immediate a globo 8 unciarum
percuteretur .

Scholium .

CCCXXXI.

Ex hoc principio & experimento Hu-
genius & Bernoullius demonstrant , quod
positis centum globis elasticis in ratione
subdupla ; si motus incipiat a maximo ve-
locitas primi ad velocitatem ultimi erit ,
ut 1 ad 233850000000 Sin autem in-
cipiat a minimo , hujus velocitas ad ve-
locitatem maximi erit , ut 1 ad
467700000000 . Ex quo plurima naturæ
phænomena explicari possunt , & præcipue
vires fermentationum & æstuum tam ab
arte , quam a natura productorum .

De-

CCCXXXII.

Demittantur simul ex altitudine arcus sex graduum duo globi eburnei, qui vicissim se petant: observabimus quod ambo regredientur eadem quantitate motus, quo incurserunt. Dum e contra, si fuissent molles, ambo debuissent post ictum quiescere.

CCCXXXIII.

Demittatur globus A massæ 2 ex altitudine arcus graduum 4, & globus B massæ 1 ex altitudine arcus graduum 2 versus eamdem directionem. Post ictum, animadvertemus, quod globus A regreditur cum quatuor gradibus motus, & B progreditur cum sex gradibus motus. Si corpora ista fuissent mollia globus A, cūjus quantitas motus est 8, daret globo B subdupo duos dimittat gradus motus. Sed cum sint elastici dabit 4, & quatuor retinebit: qui divisi per massam A 2 dant duos gradus velocitatis, quibus A insequitur ipsum B; e contrario B habens duos gradus, & recipiens quatuor, servat sex gradus motus, quos si dividimus per massam B 1, quotus erit sex gradus velocitatis, quibus B velocius progreditur.

De

De incursu obliquo Corporum.

CCCXXXIV.

Facillime ad calculum revocari possunt leges incursum obliqui corporum quorumque, si lineas, quas praedicta corpora ante incursum describunt, consideremus veluti compositas ex duabus aliis: hoc est veluti diagonales Parallelogrammorum ex duabus directionibus constantium, ut in motu composito superius diximus.

CCCXXXV.

Sint itaque duo globi molles A, B *tab. 2. fig. 13.* oblique incurrentes velocitatibus & lineis A N, B O. Hæ velocitates conceptæ veluti diagonales duorum rectangularium resolvuntur in suas componentes A D, A M, & B d, B m. Aptentur ergo hæc duo rectangula tali modo, ut duo latera extrema faciant unam rectam M m. Perspicuum est globos A, B non se petere per lineas D N, d o, quæ sunt parallelae; sed per lineas M N, m o, quæ sunt oppositæ & æquales suis parallelis A D, B d: ideoque hæc duæ lineæ exponent eorum contrarias celeritates. Igitur ex lege collisionis corporum mollium definiantur

T t

tur

tur celeritates, quæ remanent post incursum directum; & fingamus remanere in globo A celeritatem N n, & in globo B celeritatem r o. Producatur N E æqualis N D, & fiat rectangulum N E P n: itemque ducatur o e æqualis O d & fiat rectangulum O e p r. Si in utroque rectangulo signentur diagonales N P, o p hæ indicabunt celeritatem ac directionem, quas globi non elasticci A, B post ictum habere debent.

CCCXXXVI.

Quod si globi A, B *tab. 2. fig. 14.* sint elasticci; tunc velocitas, ac directio NP, op post ictum non erit, ut in *fig. 13.* sed regredientur in contrariam partem, ut alterum Schema 14. ostendit, & ex lege collisionis corporum elasticorum eruitur.

Corollarium.

CCCXXXVII.

Hinc in incursu obliquo corporum elasticorum, dum corpora resiliunt, faciunt angulum reflexionis æqualem angulo incidentiae. Nam velocitas casus globi A ex primitur per diagonalem AB, *tab. 2. fig. 15.*

&

& resolvitur in duas componentes AM, MP, quarum AP, cum sit parallela plano, non concurrit ad ictum; sed solum velocitas perpendicularis AM. Cum itaque globus A per conflictum totam suam celeritatem amittat. Globus vero B celeritatem eidem aequalem consequatur, hic feretur pristina velocitate globi A, & describet lineas aequales primis: nempe diagonalem BC aequalem diagonali BA, & elevabitur a plano velocitate perpendiculari AM. Ut apparet in schemate, & experimento constabit.

Corollarium 2.

CCCXXXVIII.

Quod si globum elasticum B obliquo ictu alterius elastici globi a impellere velimus directione BD; tab. 2 fig. 16. in eadem recta BD versus C producta sumatur pars xA aequalis radio globi a, globusque a impellatur directione AA. Ex dictis enim consequitur, quod globus B hoc ictu versus D progrediatur, globo A viam AK tenente.

Tt 2

CA.

C A P U T X.

De Viribus Centralibus.

CCCXXXIX.

DUM corpus aliquod a duabus viribus motetur, quarum una æquabiliter & uniformiter agit, altera vero est acceleratrix, curvilineam semitam debet dimetiri. Vires autem hujusmodi difformes, quæ curvilineo motui originem præbent, ita inter se componuntur, ut constituant vel vires centrales, vel motum projectorium. De primis in hoc capite agemus; de altero in sequentibus oppignoratam fidem liberabimus.

CCCXL.

Vis centralis dicitur illa, cuius operatione corpus aliquod per lineam curvam circum corpus aliud volvit, & ad idem punctum redit. Hæc rursum alia centripeta, & alia centrifuga nominantur.

CCCXLI.

Vis centrifuga vocatur illa, qua corpus

pus se volvens circum aliud, in qualibet parte suæ curvæ recedere conatur a centro per tangentem curvæ. Veluti cum lapidem funda circumducimus, lapis funem tendens in qualibet parte suæ curvæ recedere conatur a manu, quæ est centrum sui motus circularis: nam si alterum extremum fundæ dimittatur, lapis illico per tangentem avolat.

CCCXLII.

Vis centripeta, seu gravitatis illa minoratur, qua corpus in qualibet parte suæ curvæ tendit ad centrum, & circum id volvit. Et hæc exprimitur ipsa funda, quæ corpus sic tenet ligatum manui volventi, ut cogat describere lineam curvam.

CCCXLIII.

Curva autem, quam corpus describit, dicitur orbis, seu orbita, seu trajectoria. Et tempus, quo corpus eam curvam conficit, vocatur tempus periodicum.

CCCXLIV.

Vim hujusmodi centripetam, & centrifugam omnibus convenire corporibus tam se-

solidis, quam fluidis in gyrum actis, ad evidentiam usque pluribus institutis experimentis ostendimus.

CCCXLV.

In Machina, quam paratam habemus, tab 2. fig. 17 verticaliter erectam conspicitis rotam DR. Præsidio vero funis bc, d, qui illius periphæriam ambit, coniici in motum possunt diversæ capsulæ horizontaliæ sitæ, quæ duobus axibus ferreis cohaerent medio orbiculo ligneo A, C, quem axis traiicit. In quolibet autem orbiculo sunt sulci diversæ diametri, quibus funis circumponitur.

CCCXLVI.

Exper. 1. Super unam capsulam EF, duo globi eburnei æqualis diametri statuantur a metallico filo trajecti. Serico autem colligentur, ut per eamdem lineam excurrere valeant, seque mutuo rapere, & ad eamdem partem abire. Ubi capsulæ motus circularis conferatur, & unus globus in centro capsulæ degat, dimovetur ab alio globo, traheturque ad circumferentiam. Si vero filum sericum abscindatur, immotus remanebit globus, qui in centro degebat

bat , dum alter ad latus capsulæ impinget . Quod si globi filo serico devincti a centro motus æqualiter distent , non moventur ul- latenus , quamvis rotatio pernicissima sit .

CCCXLVII.

In primo igitur casu vis centrifuga globi a centro distantis [secum] abripiet alium vi centrifuga destitutum . Dum vero filum sericum absinditur , solum globus ille , qui a centro distat , a vi centrifuga rapie- tur ; dum alter in centro motus quiescat . Et denique , dum æqualiter a centro dista- bunt per filum sericum alligati , vires cen- tripetæ , & centrifuga in æquilibrio erunt ; unde globi in eodem situ remanebunt .

CCCXLVIII.

Exper. 2. In altera capitulo duo tubi vitrei EG in sphæram desinentes ita collo- centur , ut leniter inclinati in infima sui parte adhæreant vasculo orichalceo C in circuli centro collocato . Sit autem vasculum aqua , vel alio liquore repletum . Ubi machina circumacta fuerit , & capsulæ mo- tus excitetur , observabimus aquam utri- que contra nativam gravitatem per tubos inclinatos sursum repere , & propemodum

vi.

vitreos globos replere. Aqua igitur, quæ vi suæ gravitatis detinebatur in loco suo, per rotationem concipit vim centrifugam, per quam liquor abigitur in periphæriam a centro remotiorem.

CCCXLIX.

Exp. 3. Si machinæ altera capsula applicetur, cui duæ regulæ verticaliter positæ & excavatae cohærent; atque iisdem regulis quatuor tubi vitrei h, k, d, c longitudinis circiter unius pedis sunt impositi, ita vero inclinati, ut in infima sui parte centrum capsulae attingant. In tubis hisce, ut conspicitis, diversa fluidorum & solidorum corporum genera includuntur. Primus continet oleum tartari, & spiritum vini. Secundus aquam communem, & mercurium. Tertius aquam, & copiosa suberis minuta frusta. Quartus denique aquam cum globo plumbeo. Si capsula celerrime circumagatur, oleum tartari in primo tubo, mercurius in secundo extremitatem tubi maxime elevatam occupant; dum spiritus vini, & aqua communis in fundo impelluntur. In tertio tubo suberis frusta inferiori superficie aquæ sese applicant, dum in quarto tubo globus plumbeus per aquam transit, & tubi superiori parti se jungit. In omnibus

bus autem tubis , si repleti non fuerint , pars inferior in Experimento vacua remanet .

CCCL.

Quo major igitur erit quantitas materiae in corpore , cæteris paribus , majorem habet vim centrifugam . Fluida enim , volumine quidem æqualia , sed inæqualis densitatis , aut ponderis in tubis inclusa , in motu circa centrum , quo ponderosiora sunt prælevioribus , a centro recedunt , & leviora versus centrum feruntur . Solida etiam corpora , cum fluido in spatio determinato inclusa , ad centrum accedunt , si fluido leviora fuerint ; si vero graviora ab eo recedunt , uti in frustis suberis , & globo plumbeo evenire conspeximus .

Corollarium .

CCCLI.

Vires igitur centrales corporum æque velociter motorum , & in æquali distan-
tia a centro sunt inter se in ratione den-
situdinis , vel ponderum ; & in concursu
duorum corporum , quorum unum est al-
tero ponderosius , si cætera sunt paria ,
in ponderosiore vires centrifugæ , in alte-

Vv

ro

340
ro vero centripetæ prævalebunt.

CCCLII.

Exper. 4. Manentibus, quæ in primo experimento fuere disposita, si duo globi eburnei a metallico filo trajecti, & serico filo colligati, sint inæqualis diametri, & ponderis; adeout pondus globi A sit ad pondus globi B, ut 4 ad 1; distantia autem utriusque globi a centro ita statuatur, ut globus B sit in apice radii quadruplo longioris: circumrotata machina duo globi sese mutuo retinebunt, & quiescent. Cum enim quantitas motus sit in ratione composita quantitatis materiæ, & velocitatis; velocitates autem duorum globorum in experimento sint reciprocæ ponderibus, erunt in duobus globis æquales motus quantitates, æqualesque vires centrifugæ, quæ se mutuo periment.

Corollarium.

CCCLIII.

Hinc duorum corporum vires centrifugæ sunt æquilibres, si pondera sint reciproca distantiis a centro.

An-

CCCLIV.

In orbiculis, quibus descripta experientia fuimus exequi, selegimus semper sulcos æqualis diametri, ut tempora periodica singularium revolutionum effent æqualia. Ex quo sequentes generales leges corporum rotantium in orbita circulari licet inferre.

1. Quando tempora periodica sunt æqualia & distantiæ æquales a centro, vires centrales sunt, ut quantitates materiæ in corporibus, quæ revolvuntur.

2. Quando quantitates materiæ in corporibus circumrotatis sunt æquales, & tempora periodica æqualia, vires centrales sunt ut distantiæ a centro.

3. Quando tempora periodica sunt æqualia, sed distantiæ a centro, & quantitates materiæ in corporibus revolutis differunt, vires centrales sunt in ratione composita quantitatum materiæ, & distantiarum.

4. Quando denique quantitates materiæ sunt inæquales; sed sunt in ratione inversa distantiarum a centro, vires centrales erunt æquales; & differentiæ inter distantias a centro, & quantitatum ma-

teriæ oriundæ ; in corporibus circumactis
se se mutuo possunt compensare .

CCCLV.

Exper. 5. Orbiculi , quibus infident duæ capsulæ huic experimento inservientes , per quos axis ferreus transmittitur , & fûnis circumvolvitur . Sunt inæqualis diametri , & circumferentia unius fulci sit ad circumferentiam alterius , uti 2 ad 3 . In hoc casu tempora periodica revolutionum eamdem proportionem habebunt , & dum una capsula duas rotationes peragat , ab altera tres conficiuntur .

Sit in utraque capsula infixus arcus metallicus , in cujus vertice trochlea adhaerat ad suspendendum cylindrum metallicum , qui elevari , & deprimi possit . Hic cylindrus per calybeas rotulas liberrime volubiles , & per fila serica ita alteri cylindro connectatur , ut dum hic alter horizontaliter excurrit , & a centro removetur , primus cylindrus debeat proportionaliter elevari .

In capsula orbiculi minoris pondus cylindri , qui horizontaliter excurrit sit unius libræ , & pondus alterius , qui elevari de-

bet , sit librarum $2 \frac{1}{4}$.

In capsula vero orbiculi majoris ad eamdem distantiam a centro pondera utrinque cylindri sint æqualia: nimisrum unius libræ.

Circumrotatis capsulis, & machinae celeriter revoluta, observabimus, quod æqualiter elevabitur tam cylindrus pon-

deris librarum $\frac{1}{2}$, quam alter ponderis $\frac{4}{4}$,

unius libræ. Vires igitur centrifugæ, & centripetæ erunt in utraque capsula, & in utrisque cylindris ponderibus proportionales. Sed pondus unius est ad pondus

alterius, sicuti $\frac{2}{4}$ ad $\frac{1}{4}$ $\equiv \frac{9}{4}$ ad $\frac{4}{4}$, seu

sicuti 9 ad 4 . Ergo vis centrifuga capsulae orbiculi minoris erit ad eam orbiculi majoris, ut 9 ad 4 .

Tempus autem periodicum orbiculi minoris est ad tempus orbiculi majoris, sicuti 2 ad 3 : atque horum quadrata sunt 4 & 9 . Ergo vires centrifugæ, quæ sunt sicuti 9 ad 4 erunt in ratione inversa quadratorum temporum periodorum.

CCCLVI.

Ex quo experimento sequentes genera-

rales leges deducimus.

Quando quantitates materiae in corporibus circumrotatis, & distantiae a centro sunt aequales, vires centrales sunt in ratione inversa quadratorum temporum periodicorum: & directe ut quadrata revolutionum eodem tempore peractarum.

Quomodo cumque vires centrales differant, sunt semper in ratione directa compositionis quantitatum materiae, & distantiarum a centro, & inversa quadratorum temporum periodicorum.

CCCLVII.

Quae fuere a nobis in machina virium centralium observata, aditum praebent ad enucleandas proprietates omnes corporum tam in orbita circulari, quam in ellyptica circumrotatorum. Has autem proprietates sequentibus theorematibus declarabimus.

Theorema I.

CCCLVIII.

Vires centrifuga, & centripeta in orbita circulari semper aequales, & contrariae censendae sunt, atque eodem calcule com-

computandæ. Describat enim corpus in orbita circulari AEP tempusculo infinite parvo, *tab. 2. figur. 18.* infinite parvum circuli arcum AE. Arcus hic pro linea recta haberi poterit; cum arculus AE dupli vi peragatur, altera quidem tangentiali AB, altera vero centripeta, concipi poterit ut compositus ex duabus viribus, & resolvi poterit in duo latera AB, BE; cum autem latus BE vim centripetam elidat, idem latus mensura erit visi centri fugæ. A puncto E perpendicularis ducatur ED super diametrum AP; & resolvatur idem arculus in duo latera AD, DE. Erit AD visi centripetæ mensura, quatenus scilicet eo ipso corpus a semita recti linea ad centrum C vi centripeta urgetur. Sed in Parallelogrammo ABED duo latera BE, AD inter se opposita sunt æqualia. Vires igitur centrifuga, & centripeta, quæ per dicta latera reprehesentantur æquales erant.

Theorema 2.

CCCLIX.

Vis centripeta cuicunque orbitæ circularis puncto respondens æqualis est producto massæ in quadratum celeritatis per

ra-

radium circuli diviso. Orbita AE in eadem figura designat spatium, quod tempusculo infinite parvo a corpore per vim centripetam percurritur. Cumque spatium sit semper celeritati proportionale, idem arcus AE designabit etiam celeritatem. Ducta secante PB, perpendicularis ED demissa in Hypotenusam AP dividet Triangulum AEP in duo triangula sibi, & toti similia. Et consequenter conferendo inter se triangula APE, & AED erit $AP : AE :: AE : AD$.

Unde $AD = \frac{AE^2}{AP}$. Sed AE exprimit ce-

leritatem mobilis, AD exprimit vim centripetam, AP est diameter circuli. Hinc si vim centripetam alicujus mobilis, cuius massa sit M vocemus V, celeritatem C, diametrum $2R$: prior proportio $AP : AE :: AE : AD$ in hanc commutabitur : nimi-

rum $2R : C :: C : V$. Unde erit $V = \frac{C^2 M}{2R}$.

adeoque per aequalitatem rationum ut . . .

$\frac{C^2 M}{R}$. Vis igitur centripeta sc. Q.E.D.

Theo-

Theorema 3.

CCCLX.

Vis centripeta in Machinis virium centralium, quarum ope corpora in orbita circuli circumaguntur, est æqualis produceto massæ in radium circuiti, diviso per quadratum temporis periodici: nimirum si tempus periodicum dicatur T , erit $V = \frac{M}{T}$.

Nam primo spatium tempore periodico T :

confectum est ipsa circuli periphæria. Ex Geometria autem constat circuli periphæriam esse ut radium: spatium itaque tempore periodico confectum erit ut radius orbitæ circularis. Præterea celeritas est semper æqualis spatio per tempus di-

viso: nimirum $C = \frac{S}{T}$. Unde si loco spati ponamus radium circuli, erit $C = \frac{R}{T}$, & consequenter $C^2 = \frac{R^2}{T^2}$. Cum ergo ex secundo theoremate sit $V = \frac{C^2 M}{R}$. Si

loco C² in æquatione substituamus $\frac{R^2}{T^2}$ erit

$$V = \frac{R^2 M}{T^2} = \frac{MR}{T^2} \text{ Q. E. D.}$$

CCCLXI.

Præter proprietates hactenus demonstratas in vi centripeta, quæ omnibus corporibus in gyrum actis conveniunt, duc alia insigniora phænomena observantur, quæ ad instar legum fuere ab eximio Viro Joanne Keplero adinventa, quibus totum Mundi systema, & Planetarum omnium dispositio, & motus superstruitur.

CCCLXII.

Lex, i, Si corpus cirea aliud vi centripeta ad ipsum tendente curvam percurrat, areas circa ipsum describit temporibus proportionales, Et vicissim si areas temporibus proportionales corpus aliquod circa aliud describat, per lineam curvam vis ejus centripeta in illud tendet.

CCCLXIII.

Ut hanc Keplerianam legem percipere possitis, observare debetis, quod apud Astronomos linea dicta a centro virium in cur.

curvam ; per quam corpus movetur , dicitur *Radius Vector* . Hinc si supponatur Sol existens in foco Ellipsis *tab. 3. fig. 1.* AGH : linea e AS , CS , ES , GS vocantur Radii Vectores Pla n et e A , qui curvam ellypticam circa Solem percurrit .

CCCLXIV.

Observandum præterea , quod spatium comprehensum a Triangulo ASC formatum a duobus radiis vectoribus AS , CS , & a linea curva AC reprehesentat Aream astrouomicam Planetæ A , dum a puncto A transit ad punctum C . Quemadmodum etiam spatium comprehensum a Triangulo mixtilinéo CSE designat Aream astronomicam ejusdem Planetæ A , dum a puncto C ad punctum E pervenit .

CCCLXV.

Si igitur Planeta tantum temporis insumit ad percurrendam portionem curvæ AC , quantum insumit ad percurrendam alteram portionem EC , juxta Keplerianam legem area astronomica ASC erit æqualis Areae CSE , idque significat Areas esse temporibus proportionales . Unde Triangula duplo momento descripta erunt dupla

Trianguli descripti uno momento ; & Triangula tribus momentis descripta erunt tripla Trianguli primo momento descripti,

CCCLXVI.

Percurrat enim Planeta Tab. 3. fig. 2. vi projectili, & vi centripeta constanter tendente in unum idemque punctum S, primo tempusculo latus AB suæ orbitæ, & secundo æquali tempusculo latus BC; radius Vector Planetæ verret semper areas temporibus proportionales. Areolæ enim, quas radius vector æqualibus illis temporibus verret, erunt ASB, BSC; atqui Triangula hæc sunt æqualia. Nam si in punto B protrahatur BE æqualis AB, & a punto C ducatur CV parallela EB. Et denique in punto S ducatur MS parallela EA, habebimus primo Triangulum ASB æquale triangulo BSE. Cum enim bases AB, BE sint æquales, habeantque latus BS commune, sintque triangula inter duas parallelas MS, EA constituta, per Geometriam erunt Triangula æqualia. Ex eodem principio Triangula BSC, BSE æqualia erunt, quia super eamdem basim BS constituta, & inter duas parallelas VB, CE. Igitur triangula etiam ASB, BSC æqualia erunt. Nam quæ eidem quantitati æqua-

lia sunt, etiam inter se sunt æqualia.

CCCLXVII.

Observandum est tertio, quod quanto magis Planeta a puncto A descendens per AG approximatur puncto S, seu centro virium, tanto radii vectores breviores sunt, & consequenter, ut Areæ Triangulorum sint proportionales temporibus, basis, seu arcus Ellipsis debet esse amplior. Nam quantum in Triangulo imminuuntur duo latera, sed duo radii vectores, tantum basis debet esse amplior, ut Areæ sint semper proportionales temporibus: Triangulum enim æqualium bases sunt reciproce, ut altitudines.

CCCLXVIII.

Hinc duorum Triangulorum Areæ inter se æquales, quorum unum est in punto A, quod ab Astronomis Aphelium nominatur, vel Apogæum, & alterum in punto H, quod Perielium, vel Perigeum dicitur, habebunt bases in ratione inversa radiorum vectorum: idest tanto basis Trianguli Planetæ existentis in Perielio erit major basi Trianguli Planetæ existentis in Aphelio, quantum radius vector e. jus.

iusdem Planetæ in Aphelio existentis est major radio vectore Planetæ in Perielio siti.

CCCLXIX.

Hinc denique Planetæ quanto magis ad Perjelium accedunt, tanto eorum velocitas augeri debet, & quanto magis a Perielio recedunt, atque ad Aphelium ascendunt, tanto velocitas retardari debet; cum in primo casu ampliorem basim seu majus spatium eodem tempore debeant percurrere, in altero vero casu tempore æquali minorem basim, seu brevius spatium debeant emetiri. Quo fit, ut motus cuiuslibet Planetæ tanto lentior evadat, quanto magis ad suum Aphelium approximatur. Velocitates autem variantur in diversis orbitæ punctis in ratione reciproca perpendicularium à centro virium super tangentes ductarum in iisdem orbitæ punctis.

CCCLXX.

Hæc omnia concinne, appositeque cohaerent cum observationibus astronomicis, quæ sunt circa solis diametrum, ejusque motum diurnum, & horarium. Observamus

mus enim , quod Diameter Solis circa Solsticium Æstivum est minutorum 31', 31". & circa Hyemale Solsticium est 32', 36". Cum autem magnitudines apparentes objecti a nobis remoti sint in ratione inversa distantiae , evincimur ex tali observatione solem longius a terra distare Æstivo tempore , quam Hyemali .

CCCLXXI.

At vero motus tam diurnus , quam horarius solis in longitudinem Hyemali tempore est velocior motu diurno , & horario solis in longitudinem Æstivo tempore , quippe Hyemali tempore motus diurnus est 61', 12" , & horarius 2', 33" , dum e contra Æstivo tempore motus diurnus est 57', 2" , & horarius 2', 23". Ex quibus observationibus evidenter deducitur Areas circa Apsides esse proportionales temporibus , motumque tardiorem esse , quanto magis sol ad Aphelium approximatur .

CCCLXXII.

Ex duplice quippe causa hoc Phænomenon oriri posset ; vel quia velocitas varietur , remanente eadem a terra distantia , & tunc diameter solis in quolibet puncto suæ

sue orbitæ semper ejusdem magnitudinis appareret, quod est contra observationes. Vel quia velocitate eadem remanente variaretur distantia, & tunc velocitates apparentes essent in eadem ratione, & proportione apparentis diametri. Unde tantum de apparenti velocitate deberet diminui, quantum magnitudo diametri diminuitur. At vero constanti observatione cognoscimus, quod diminutio velocitatis non est proportionalis diminutioni magnitudinis apparentis diametri. Fiat enim hæc proportio $32', 36'': 31', 31'': : 2', 33'': X = 2', 28''$. Esset itaque differentia inter motum horariorum solis hyemali, & aestivo tempore dumtaxat quinque minutorum secundorum. Ex observationibus autem constat, quod motus horarius solis, qui si uniformis esset quolibet die percurreret in sua

orbita $59', 8'' \frac{3}{10}$, Aestivo tempore minor est

$10''$, quam hyemali. Igitur præter apparentem diminutionem velocitatis productam a majore distantia solis in Aphelio, habebimus aliam realem causam retardantem velocitatem, quæ a Kepleriana lege originem ducit: nimirum quod Areæ sunt constanter proportionales temporibus.

CCCLXXIII.

LEX II. Planetæ omnes , sive primarii sunt , sive secundarii , suas periodos circa commune centrum hac lege absolvunt , ut quadrata temporum periodicorum sint inter se , ut cubi distantiarum medianarum .

CCCLXXIV.

Ut lex ista intelligatur , in memoriam revocandum est , quod superius enunciavimus ; tempora nimirum periodica Planeterum vocari illa , quæ insumuntur a Planetis ad integrum suam orbitam absolvenda . Sic tempora periodica Solis , Lunæ , & aliorum Planetarum in eorum revolutione seu tropica , seu synodica , seu siderali sunt , ut in sequenti tabella exprimuntur .

Revolutio Tropica .

Sol	dieb. 365. hor. 5,48',45",	2 10
Luna	dieb. 27, hor. 7,43'	4",6
Mercurius	dieb. 87, hor. 23,14',25",9	
Vénus	dieb. 224. hor. 16,41'32",4	
Mars anno uno	dieb. 321, hor. 22,18',27",3	
Juppiter ann. undec. ,	dieb. 315, hor. 8,58',27",3	
Saturnus annis 29.	dieb. 364, hor. 7,21',50"	
Herschel .		

Yy

Re

Revolutio Synodica.

Luna . . dieb. 29, hor. 12, 44', 3"
 Mercurius dieb. 115, hor. 21, 3, 22"
 Venus . . dieb. 583, hor. 22, 7, 6"
 Mars . . dieb. 779, hor. 22, 28, 26"
 Juppiter dieb. 398, hor. 21, 15, 45"
 Saturnus dieb. 378, hor. 2, 8, 8"
 Herschel.

Revolutio Sideralis.

Sol dieb. 365, hor. 6, 9', 11" ²
⁵⁰
 Luna dieb. 27, hor. 7, 43', 11", 6
 Mercurius dieb. 87, hor. 23, 15', 37"
 Venus dieb. 224, hor. 16, 49, 12', 7
 Mars anno 1, . . dieb. 321, hor. 23, 30', 43', 3
 Juppiter annis 11, dieb. 317, hor. 8, 51', 25', 6
 Saturnus annis 29, dieb. 176, hor. 14, 36', 42", 5
 Herschel.

CCCLXXV.

Ex regula autem kepleriana evincitur,
 quod cognito tempore periodico duorum
 primariorum Planetarum, quibus suam or-
 bitam absolvunt, & distantia unius a cen-
 tro communis, eruetur distantia alterius ab
 eodem centro. Nam si tempora duorum
 Pla-

Planetarum exponantur per T , t , & me-
diæ distantiæ per R , r , habebitur $T^2 : t^2$
 $\equiv R^3 : r^3$. Unde $\frac{t^2 R^3}{T^2} \equiv r^3$, & ex-

trahendo radicem cubicam a quoto r^3 ha-
bebitur distantia quæfita alterius Planetæ:
Sic e. g. Quemadmodum quadratum tem-
poris periodici Jovis est 140. vicibus ma-
jus quadrato temporis periodici Telluris,
sic cubus distantiæ mediæ Jovis a Sole est
140. vicibus major cubo distantiæ mediae
Telluris a Sole.

CCCLXXVI.

Ad normam autem hujuscæ regulæ de-
terminatur distantia cuiuslibet Planetæ a
Sole, ut in sequenti Tabella exponitur.

DISTANTIÆ MEDIÆ
PLANETARUM A TERRA;

Cujus distantia media a Sole est
leucarum 30000000.

*Distantiæ mediæ in
leucis tosiarum 2283*

*Distantiæ mediæ in
milliariis Geographi-
cis, seu 60. pro quo-
libet gradu.*

Sol	34,761680	82,840204
Terra		
Luna	86324	205718
Mercurius	13,456204	32,067342
Venus	25,144250	59,921005
Mars	52,966122	126,223023
Jupiter	180,794791	430,850217
Saturnus	331,604504	790,243301

CCCLXXVII.

Veritas autem expositæ Keplerianæ
legis illi innititur principio, quod nimirum
duo corpora, quæ circa commune centrum
revolvuntur, habent velocitates in ratione
inversa radicis quadratæ suarum distantia-
rum.

rum. Quapropter si sint duo corpora A & B rotantia circa commune centrum, & celeritas corporis A ex tertio theoremate dicatur $\frac{r}{t}$, corporis autem B celeritas $\frac{R}{T}$ habebimus sequentem proportionem $\frac{r}{t} : \frac{R}{T} :: \sqrt{r} : \sqrt{R}$ Et consequenter tollendo radicalia signa ir et etiam $\frac{r^2}{t^2} : \frac{R^2}{T^2} :: R : t$; adeoque multiplicando media, & extrema erit $\frac{r^3}{t^2} = \frac{R^3}{T^2}$. Et easdem fractiones multiplicando per crucem habebimus r^3 $T^2 = R^3 t^2$. Et denique decomponendo æquationem erit $t^2 : T^2 :: r^3 : R^3$. Quadrata ergo tempotum periodorum duorum Planetarum circa commune centrum rotantium erunt ut cubi distantiarum.

Corollarium.

CCCLXXXVIII.

Si quadrata temporum periodicorum sunt ut cubi distantiarum, erunt vires centrales in ratione inversa quadratorum distantiarum. Hinc si duo Planetæ in diversis ellipsibus circa idem centrum virium, quod cum utriusque ellipsoe alterutro foco congruat, revolvantur, sintque quadrata temporum periodicorum, ut cubi mediarum ab eodem virium centro distantiarum: vires centripetæ eorum. dem corporum semper erunt inter se in ratione reciproca duplicata distantiarum a foco cum communi illorum centro congruente, seu erit $V : n :: \frac{1}{D^2} : \frac{1}{d^2} = \frac{r}{R^2} : \frac{1}{r^2}$

Nam vires centrales sunt in Planeta constituto in A $\equiv \frac{R}{P_s}$, & in altero in E constituto $\equiv \frac{r}{t^2}$. Erit igitur vis centralis in A ad vim centralem in E, ut $\frac{R}{P_s^2} : \frac{r}{t^2}$. Si vero loco denominatorum ponamus quantitatæ

tates proportionales R^3 , r^3 , erit vis in

$$A \text{ ad vim in } E :: \frac{R}{R^3} : \frac{r}{r^3} :: \frac{1}{R^2} : \frac{1}{r^2}.$$

CCCLXXIX.

Ex virium centralium theoria Massæ, & densitates Planetarum erui possunt. Cum enim vires centrales sint ut quadra-
ta celeritatum, si duo Planetæ in orbitis
æqualibus circumferantur, atque unius ve-
locitas sit dupla alterius, in velociori Pla-
netæ necessaria erit vis centralis quadru-
pla, ut in sua orbita contineatur; sic e. g.
Cum velocitas primi satellitis Jovis 16 vi-
cibus excedat velocitatem illam, qua Luna
circa terram volvit, erit vis centralis
Jovis, qua primum satellitem continet ad
vim terræ Lunam in sua orbita cohiben-
tem, ut $16^2 : 1 = 256 : 1$. Cum autem vis
attrahens sit Massæ proportionalis, ex eo li-
cet inferre Massam Jovis 256 vicibus exce-
dere Massam telluris. Si Juppiter & Tel-
lus essent densitatis æqualis, quemadmo-
dum Massa Jovis 256 vicibus Massam tella-
ris excedit; ita etiam ejusdem volumen tel-
luris volumen 256 vicibus superaret. Cum
autem volumen Jovis 1246 vicibus maior
sit

sit volumine terræ, hinc densitas telluris quadruplo excedet densitatem Jovis. Idem dicimus de Massa & densitate Saturni relate ad tellurem. Cumque constet Planetas eo esse densiores, quo soli proximiōres sunt, licebit per analogiam inferre Venēris, Martis, & Mercurii vires centrales ex quadratis suarum celeritatum, & consequenter eorum densitatem & Massam.

Scholium.

CCCLXXX.

Demonstrant acutissime Hermandus Phō. ronomiae lib. 1, Bernoulliū in Mon. Acc. Reg. anno 1710, & Neuttonus Princip. lib 1 prop. 13, quod quotiescumque centrales vires sunt inverse ut quadrata distantiarum, ex varia centralis impetus & projectionis coalitione corpus delineare debet unam ex sectionibus conicis: nimirum vel Circulum, vel Ellipsim, vel Parabolam, vel Hyperbolam. Si enim corpus ea proiecatur celeritate, quam acquireret libere perpendiculariter cadendo ex data altitudine motu uniformiter accelerato, & haec projectionis celeritas celeritati virium æqualis sit, qua descenderet per dimidiam distantiam, tunc corpus circulum describet

bet. Si velocitas projectilis major est semi-distantia, sed minor ea, qua per totam distantiam a centro dilaberetur, tunc corpus conficeret Ellipsim: Si celeritas, qua jacitur, æqueta distantiam integrum per quam rueret, Parabolam absolvet. Si denique celeritas jactus major sit ea, quæ ad totam traiiciendam distantiam fuerit necessaria, ramum Hyperbolæ describet, cuius convexitas versus centrum virium dirigitur.

CAPUT XI.

De Motu Gravium Projectorum.

CCCLXXXI.

Principia ac leges, quibus projectorum corporum motus perficitur primus exposuit Nicolaus Tartalea; curvæ vero illius, quam projecta corpora describunt, explorator exitit, atque inventor celeberrimus Galilæus.

CCCLXXXII.

Projectum dicitur quidquid ab extrinseco motore aut sursum, aut deorsum, aut in horizontalem directionem propellitur.

Animadversio.

CCCLXXXIII.

Si corpus sursum ad lineam verticalem proiiciatur , per lineam rectam ascendet , & per eamdem lineam descendere conspiciemus . Quodcumque enim corpus in ea directione motus permanet , quam a movente est mutuatum , nisi aliquid obstet . Nihil autem impedit , quominus sursum ad lineam verticalem projectum directionem suam tueatur . Etenim si quid esset , quod a suscepta directione projectum corpus posset removere , maxime foret gravitas . Verum hæc in eamdem directionem cum corpora urgeat , corporis ad lineam verticalem sursum projecti motum retardare quidem potest , in aliam viam abripere non potest . Projectum igitur per lineam rectam ascendet , & per eamdem descendet .

CCCLXXXIV.

Si vero corpus vi projectili urgeatur directione horizontali , vel quacumque alia directione horizonti obliqua , quantum in se est curvam parabolicam describet .

Pa-

CCCLXXXV.

Parabola est figura curvilinea in se minime rediens, in qua semiordinatarum ad axim quadrata sunt directe inter se ut correspondentes abscissæ. Sic in exposito scheme, ABC parabolam designat. Punctum B est vertex parabolæ. Recta BF perpendiculariter ad DE tangentem curvæ vocatur axis parabolæ. Rectæ a quocumque puncto perpendiculares ad axis, uti LM, NG, vocantur ordinatæ ad axis =y. Ac denique illæ portiones axis, quæ inter verticem, ac rectas ipsi axi applicatas excurreunt, abscissæ, seu sagittæ nuncupantur: Ex, uti BM, BG dicuntur abscissæ correspondentes ordinatis LM, NG. tab. 3 fig. 3.

CCCLXXXVI.

Principalis proprietas parabolæ in eo sicut, ut quadrata ordinatarum sint inter se, ut abscissæ correspondentes; ita ut quadratum LM sit ad quadratum NG, sicuti BM ad BG; præterea si in ordine ad quamcumque abscissam, suamque correspondentem ordinatam inveniatur tertia proportionalis, hæc vocabitur Parameter vel axis, vel cujuscumque diametri, ad quam

Zz 2

ab.

abscissa & ordinata pertinent ; & consequen-
ter rectangulum sub abscissa & Parametro
erit æquale quadrato ordinatæ ; nimirum si
ordinata dicatur y , abscissa x Parameter
 p . Erit $y^2 = xp$, Nam $x : y :: y : p$ & $p = \frac{y^2}{x}$

CCCLXXXVII,

Si in axe sumatur BQ æqualis quartæ
parti Parametri , punctum Q erit focus
Parabolæ , cuius hæc est proprietas , quod
sicuti OB est quarta Parametri pars spe-
ctantis ad axim BF , quælibet recta ON ,
ducta a puncto Q ad quodlibet punctum ,
 N curvæ est quarta pars Parametri spectan-
tis ad diametrum NH , quæ habet pro ver-
tice punctum N . Et ordinata , quæ per fo-
cum transit, æquabitur semiparametro : ni-

nimirum $\equiv \sqrt{\frac{1}{4} p^2} \equiv \frac{1}{2} p$, Duplex autem or-
dinata $\equiv p$,

CCCLXXXVIII,

Si axis FB protrahatur in Z , donec
 BZ sit æqualis BO , & & per Z ducatur VT
perpendicularis ad ZF , hæc linea VT vo-
cabitur directrix , cuius hæc est proprietas ,
quod sicuti BZ est æqualis BO , seu quar,

tae

ter parti Parametri axis BF , ita quælibet alia perpendicularis NV ducta super directricem a quocumque puncto N Parabolæ est æqualis rectæ NO ductæ ab eodem puncto N ad focum O ; & consequenter æqualis quartæ parti Parametri spectantis ad diametrum NH .

CCCLXXXIX;

Præterea si a quolibet puncto N ducatur tangens NS , & a puncto contactus N duçatur ad quacumque diametrum , vel ad axim BF ordinata NG , & protrahantur NS , & GB , donec sibi ocurrant in S ; Recta GS , quæ vocatur subtangens , est dupla Abscissæ BG , hoc est divisa remanet in vertice B in duas partes æquales ,

CCCXC.

Tandem si a puncto contactus N duçatur NQ perpendicularis ad tangentem , recta GR , quæ vocatur subnormalis , æqualis erit dimidio Parametri axis . Et Norma , illis NR erit media proportionalis inter distantiam puncti N a foco Parabolæ & Parametrum ; nimirum æqualis $\equiv \sqrt{NO \times p}$.

Hæc

CCCXCI.

Hæc in antecessum de natura Parabo.
la, ejusque proprietatibus explicare oportuit,
ut intelligi possint ea omnia, quæ de motu
projectorum sumus deinceps enarraturi.

CCCXCII.

His itaque prælibatis, experimenta de-
monstrant, quod quodlibet corpus projec-
tum vel directione horizontali, vel directio-
ne ad horizontem obliqua semper curvat
parabolicam describit; adeo ut, si sursum
oblique proiiciatur integrum Parabolam; si
vero vel horizontaliter, vel obliquè de-
orsum ad horizontem, semiparabolam, vel
Parabolæ portionem describet.

CCCXCIII.

Supponatur globum vi nitrati pulveris a
tormento bellico, vel ab alia quacumque
machina proiici tab. 3 .fig. 4. Globus iste post
impulsum, constanter suum motum uniformi-
ter prosequeretur eadem directione habita
initio motus, si talis directio a vi gravita-
tis non perturbaretur, & temporibus æqua-
libus æqualia spatia percurreret. Cum au-
tem vis gravitatis constanter illum versus
ter,

terræ superficiem trahat, si ponamus vi
ista globum primo momento describere
spatium AM, vel EF. In fine primi momenti
viribus AM, AE conjunctis non in E, sed
in F invenietur. Post duo momenta spatium
describet, quod erit quadruplum primi;
spatia quippe sunt ut quadrata temporum.
Quare post duo momenta non in B sed in
G invenietur. Ita etiam post tria momenta
non in C sed in I erit, cum vi gravitatis
acceleratrice descripserit spatium noncu-
plum primi AM. Atque, ita porro de-
inceps. Completis Parallelogrammis AMFE,
ANGB, AHIC, ADLO, corpus vi unifor-
mi AO, & sollicitante gravitatis per AD,
invenietur descripsisse diagonalem curvam
AFGIL Parallelogrammi ADLO, quæ de-
terminanda est ex natura gravitatis. Quo-
niam AN est ad AM, ut 4 ad 1 ex natura
gravitatis; & NG est ad MF, ut 2 ad 1
ex motu uniformi, linea NA erit ad li-
neam MA, ut quadratum lineæ NG ad
quadratum lineæ FN. Jam vero ut diximus
haec est proprietas curvæ parabolicæ, ut in
omnibus ejus punctis quadrata ordinata-
rum sint inter se ut abscissæ corresponden-
tes. Globus igitur horizontaliter projectus
Parabolam describet.

CCCXCIV.

Parabolicam hanc semitam corpus a gravitate & a vi projectili oblique percitum pariformiter emetiri plurima experimenta demonstrant.

CCCXCV.

Nam primo si os cerasi digitis comprimas, ab his elabitur in aere curvam describens. Cum enim a pollice partem dextram versus, ab indice vero ad sinistram impellatur, motu composito diagonalem rectam percurreret, nisi vi gravitatis, tellureni versus aslide impulsum cogeretur Parabolicam lineam describere.

CCCXCVI.

Hanc eamdem parabolicam semitam illud experimentum demonstrat, quod a nobis in machina a Gravesandio excogita fuit exequutum, dum de gravitatis legibus sermonem habuimus. In tabella verticaliter erecta inscripsimus Parabolam, in cuius Perimetro affixi sunt quatuor anuli orichalcei. Ubi per alveolum a superiori canalis parte demisimus globum eburneum,

tra.

trajici ab eo omnes annulos observavimus , quin ulla tenus declinarent ; dummodo Ma- china foret convenienter aptata ; mani- festo utique indicio ejus semitam a crure Parabolico ad sensum non discrepare .

CCCXCVII.

Id autem clariss , & evidentius pate- bit adhibendo aliam machinam , quæ aquam egerens , jactus varios parabolicos exhibit , & omnia projectionis phænomena aspectui proponit *tab. 3. fig. 5.* Machina componi- tur ex cylindro metallico AB alto polli- ces circiter 50 , cui amplior capsula C a latere insidet . Altitudo cylindri est divi- sa in 4 partes æquales , 1 , 2 , 3 , 4 , quæ pari intervallo distant inter se . Sunt hæ partes pertusæ foraminibus , quibus in- fixi tubi orichalcei cochleis aperiendi , & claudendi . Cylindrus , & capsula imple- tur aqua , quæ continentur affundi debet , ut ad eamdem altitudinem constanter per- maneat . Est in ima parte cylindri capsula longior , quæ elisam ex foraminibus reci- pit aquam . Huic capsa insistit tabula ver- ticalis , cui inscriptæ sunt curvæ parabo- licæ , quæ a quolibet aquæ jactu forman- tar . Amplitudo jactus ex foramine , &

Aaa

co.

cochlea, quæ est in medio cylindri est omnium maxima. Coincidunt jactus ambo ex duobus foraminibus: superiori nimis, & inferiori, quæ proximiora sunt medio foramini. Hi jactus omnes motu horizontali excutiuntur. In infima parte cylindri adest quartus tubus æneus cavus, qui si siphunculo aperiri vel claudi potest, & in omnes partes converti, & ad quamcumque directionem elevari, ut aqua exiliens diversos cum axe tubi angulos faciat. Ut autem eruatur angulus, quo cum aqua eliditur ex tali siphunculo, quadrans in gradus divisum applicandum est tubo. Pro ut æneus tubus convertitur, jactus aquæ ex foramine expulsæ, si fuerit verticalis, iterum per eamdem perpendicularēm lineam aqua descendet. Sin vero fuerit ad horizontem inclinatus, varias efformabit curvas parabolicas, quæ in verticali tabula depingi debent. Observabimus autem, quod in eadem horizontali se intersecant Parabolæ a jactibus 80, & 10 graduum, descriptæ. Convenient etiam jactus expulsi angulis 70, & 20 graduum. Dein qui excutiuntur sub angulis 60, & 30 graduum. Maxima denique erit amplitudo jactus eius sub angulo 45 graduum.

Ut

1. Ut vero ex descripto experimento integrum theoriam motus corporum oblique projectorum, atque Parabolas descendentium eruere possumus: observandum est primo, quod punctum projectionis, & ianuam dicitur illud, a quo projectum incipit Parabolam describere.

2. Si linea directionis sit apparenti horizonti parallela, vocabitur projectum horizontale. Projectum vero oblique sive sursum sive deorsum erit, cuius linea directionis efficit angulum acutum cum linea horizontali in primo projectionis punto.

3. Angulus elevationis vel depressionis, sub quo corpus jacitur, est ille, quem linea projectionis cum horizonte efficit prout vis projectilis cadit supra vel infra horizontem. Angulus vero projectionis est ille, quem verticalis linea cum linea directionis efformat.

4. Amplitudo Parabolæ est recta horizontalis subtendens ipsam Parabolam in horizontali projectione, quemadmodum altitudo Parabolæ, seu semitæ Projecti est linea ab editiore curvæ puncto ducta ad horizontem.

5. Denique linea velocitatis est verticalis, a qua libere projectum descendens

acquireret motu uniformiter accelerato ve-
locitatem æqualem illi , quam vis proœctio.
nis imprimit ,

CCCXCIX.

Quotiescumque corpora oblique pro-
jecta curvam parabolicam describunt , sem-
per amplitudines horizontales Parabolæ
sunt inter se sub quocumque angulo ele-
vationis ut sinus duplicati anguli ejusdem
elevationis . Cumque sinus 90 graduum sit
maximus , & duplus graduum 45 ; hinc e-
missio maxima , & maxima distantia , ad
quam projectum cum data velocitate pote-
rit pervenire , obtinebitur si angulus eleva-
tionis erit 45 graduum ,

CCCC.

Hinc etiam intelligimus cur in expe-
rimento superius descripto dum cochlea ad
altitudinem graduum 45 elevabatur , maxi-
ma erat Parabolicæ semitæ ab aqua de-
scriptæ amplitudo . Hinc denique cum si-
nus angulorum , qui æqualiter distant a re-
cto vel a semirecto sint æquales , intelli-
gimus cur eadem erat amplitudo jactus , &
semitæ parabolicæ ab aqua profiliente de-
scriptæ siye cochlea elevaretur ad angulum
32 gradum vel ad 60 , ad 50 vel ad 40 ;
quia

quia semper hujusmodi anguli æqualiter a semirecto 45 graduum distabant.

CCCCI.

Cum itaque projecta omnia parabolam semitam describant, hinc quoties globus, vel pila plumbea a bombarda, vel a sclopo, vel a quolibet tormento bellico projici debet, ut ad scopum suum collineat, debet proportione elevari machina supra lineam horizontalem. Ad dandam autem debitam elevationem tormento bellico, vel mortario in arte balistica adhibetur vel libella, vel quadrans, quæ in os tormenti immissa indicant quantum attollit aut deprimi machina debeat, ut ad scopum collineat. Id autem intelligendum est de maximis distantiis; nam in exigna distanta velut, passuum 70, ut bellica tormenta scopum feriant, ad scopum ipsum dirigi debent. Nam primo cum hujusmodi machinæ in calce sint longe crassiores, quam in ore, & illarum capacitas seu cylindrus excavatus per quem globus excurrit tam in ore quam ad calcem sit æqualis, illud necessario consequitur, quod dum ad scopum superne diriguntur, semper linea directio- nis elevatior est linea axis projectionis, neç eidem parallela existit. Accedit ad hæc

hæc : quod in exigua vel mediocri distan-
cia vis nitrati pulveris est tanta , ut
tempore , quo a globo spatium illud
curritur , vix , ac ne vix quidem a li-
nea horizontali globus ipse queat decide-
& Parabola descripta sit adeo insen-
sibilis ut pro recta linea assumi posse absque
errori videatur .

CCCCII.

Hinc in arte balistica duo jactuum ge-
nera distinguntur : primum est eorum , qui
sunt a 20 pollices parisienses non deflectunt
a directione , quam vis projectilis impri-
mis ; alterum vero , quo jactus a linea di-
rectionis ampliori spatio atque ultra 20 pol.
per vim gravitatis descendunt . Pri-
mum vocantur *Tiri di punto in bianco* , alteri
Tiri di volata . Et sane cum gravi-
tatis sit causa cur projecta corpora per su-
cursivos gradus a directione vis projectilis
descendentur ; hinc globus vi pulveris ni-
trati ejaculatus per 20 pollices infra lineam
directionis descendet , quando tempus , quo
spatium aliquod percurrit , æquale est illi ,
quod impenditur a corpore vi gravitatis
libere verticaliter descendente ad spatium
20 pollicum describendum . Corpus autem
sibi libere relictum , ut per 20 pollices de-
ci .

cidat, insumere debet $\frac{1}{3}$ minuti secundi,

seu $20''$. Cum enim spatia sint ut quadra-
ta temporum; posito quod corpus uno mi-
nuto secundo in sui lapsu libero percurrat
 16 pedes, anglicos, seu in eodem pede-
pollices 192 ; erunt 192 pollices ad qua-
dratum minuti secundi, seu ad $3600''$, si-
cuti 19 pollices ad $X = 375''$; cujus radix,
quadrata est $19''$, seu $\frac{1}{3}$ minuti secundi

circiter. Globus igitur decidet a directio-
ne vis projectilis ultra pollices 20 , si sco-
pus tantum a tormento bellico distet, ut
emissus globus distantiam illam percurrere
nequeat $\frac{1}{3}$ minuti secundi; jactusque erit

Tiro di volata. Hæc autem distantia non.
nisi iteratis tentaminibus factis in Balisti-
ca definiri poterit, cum a globorum pon-
dere, a vi nitrati pulveris, & a variâ
bombardæ longitudine pendeat.

CCCCIII.

Ut Problemata omnia ad Balisticam
spectantia resolvi possint: primo determi-
nanda est linea velocitatis, seu altitudo
spatii

spatii, a quo libere projectum descendens acquireret velocitatem æqualem illi, quam vis projectionis imprimit. Ut autem hæc velocitatis linea in praxi cognoscatur, diversæ globorum emissiones ope nitrati pulveris cum tormento bellico fieri debent; jactus autem isti experimentales in linea horizontali fieri debent sub angulo elevationis vel quindecim, vel 75, vel 45 graduum. Si enim angulus elevationis fuerit 15 vel 75 graduum, linea velocitatis erit æqualis amplitudini Parabolæ; si vero angulus fuerit graduum 45 linea velocitatis erit dimidium amplitudinis Parabolæ. Quo fit, ut determinata per realem mensuram longitudine semitæ, & amplitudine Parabolæ sub data quantitate pulveris, qua tormentum bellicum fuit oneratum, & globos emissus, obtinebitur perfecta lineæ velocitatis mensura. Illaque hic in re tutissima via arripienda videtur, ut ex primorum jactuum effectu, & longitudine constituantur amplitudo maxima Parabolicæ Semitæ, lineæque velocitatis exacta mensura, & consequenter ratio tormenta bellica dirigendi, ut globi ad metam propositam deferantur.

Præ-

Præmissis itaque necessariis tentaminibus ad explorandam maximam amplitudinem, quam recta horizontalis Parabolam subtendens in horizontali projectione habet, & cognita in pedibus longitudine semitæ, quam globus vi nitrati pulveris percurrit, determinari poterit linea velocitatis, seu verticalis illa, a qua libere projectum descendens, acquireret motu uniformiter accelerato vim æqualem illi, quam vis nitrati pulveris globo imprimit, per quam maximam Parabolæ amplitudinem percurrere valet. Quia quidem cognita facillimum erit problemata omnia ad Balisticam spectantia resolvere.

C A P U T XII.

Resolvuntur insigniora Problemata ad Balisticam spectantia.

PROBL. I. **D**ata amplitudine maxima Parabolæ invenire spatium, quod projectile uno minuto secundo percurret. Quæratur numerus medius continuæ proportionalis inter duplum amplitudinis ma-

ximæ , & spatium , quod intra minutum secundum conficit grave perpendiculariter cadendo ; idque erit spatium a projectili intra minutum secundum conficiendum . Sit e. g. Amplitudo maxima 400 pedum anglicorum . Duplum erunt pedes 800 = 9600 pollicibus . Spatium , quod a corpore perpendiculariter cadente intra 1" percurritur , est pedum anglicorum 16 = pollicibus 192 . Ducantur itaque 192 in 9600 , & ex producto extrahatur radix quadrata . Hæc dabit pollices 1357 , seu pedes 113 , & pollicem 1 .

CCCCVI.

E converso atitem dato spatiø , quod 1" projectile percurrit , invenire poterimus amplitudinem maximam Parabolæ . Si enim spatii , quod projectile 1" vi impressa percurrit , quadratum per 192. pollices dividatur , quotus dabit parametrum parabolicæ semitæ , seu duplum amplitudinis maximæ , cuius semissis erit amplitudo quæfita . Sic quadratum pollicum 1357 est 1841449 , quo per 192 diviso prodibit duplum amplitudinis : nimirum 9539 , cuius semissis est 4769 pollices , seu pedes 400 circiter .

PRO -

CCCCVII.

PROBL. II. *Dato tempore in minutis se-
cundis, quo projectile amplitudinem maxi-
mam Parabolæ percurrit, determinare in-
pedibus angieis altitudinem verticis A Para-
bolæ supra Horizontem, amplitudinem ma-
ximam L Parabolæ, & velocitatem V pro-
jectionis.* Sit pendulum ad minuta secunda
exacte compositum, atque ejusdem oscillationibus computatis habeatur numerus mi-
nutorum secundorum, quo projectile sub
angulo 45 graduum emissum integrum am-
plitudinem Parabolæ percurrit. Ex nume-
ro oscillationum phisica præcisione habere
poterimus altitudinem verticis Parabolæ,
maximam semitæ amplitudinem, & deni-
que projecti velocitatem. Nam primo qua-
dratum numeri secundorum quater sum-
ptum dabit altitudinem verticis Parabolæ
ab Horizonte. Idem quadratum per sexde-
cim ductum dabit amplitudinem maximam
semitæ. Et denique idem quadratum 512
viciis sumptum dabit quadratum velocita-
tis projecti: nimirum analytica expressione
erit $A = 4t^2$, $L = 16t^2$ $V^2 = 512t^2$ ac pro-
inde $V = t\sqrt{512} = \dots$. Sit enim globus a ter-
mento bellico ejaculatus, qui vi nitrati pul-
veris sub angulo 45 graduum ad percur-

B b b 2

sen,

rendam maximam Parabolæ amplitudinem impedit quinque minuta secunda, ex descriptis formulis determinare poterimus altitudinem verticis Parabolæ ab Horizonte, amplitudinem semitæ, & denique ejusdem vim projectionis in pedibus anglis. Nam primo 25 (quadratum numeri 5) quater sumptum \approx 100 dabit in pedibus altitudinem verticis ab Horizonte. Idem numerus per sexdecim ductus \approx 400 designabit in pedibus amplitudinem semitæ. Et denique rādix quadrata numeri 512 ducta in 5 dabit vim projectionis \approx 113 pedibus circiter.

CCCCVIII.

PROBL. III. *Data amplitudine maxima, dataque linea velocitatis determinare amplitudinem sub angulo elevationis alterius cujuscumque. Cum ad maximam amplitudinem horizontalem sinus dupli anguli elevationis sit ipse radius seu sinus totus, ad determinandam amplitudinem sub quocumque alio angulo elevationis fiat hæc propria. Ut sinus totus, seu R ad sinum anguli dupli elevationis cujuscumque alterius, ita amplitudo maxima ad quæsitam. Sit e. g. jactus maximus alicujus tormenti bellici sub angulo elevationis 45° passuum 6000, & quadratur longitudo jactus cum eadem*

383

dem vi nitrati pulvēris sub angulo elevationis gradum 30. Reperiēmus eam esse sequenti calculo trigonometrico passuum, 5196 : nimimum.

$$\text{Log. } R = 100000000$$

$$\text{Long. sin. } 60 = 99375306$$

$$\text{Log. } 6000 = 37781512$$

Log. quæs. 37156818, cui in tabulis respondent 5196.

CCCCIX.

PROBL. IV. *Data linea velocitatis, da-
toque angulo elevationis invenire altitudinem,
& amplitudinem semitæ, quam corpus ipsum
describet, in jactu horizontali.* In fig. 6.
tab. 3. Recta FA exprimat lineam celerita-
tis, angulus elevationis sit BAD. Circa-
rectam FA describatur semicirculus Fmne
A, & ex punto e, in quo linea directio-
nis AB semicirculum secat, ducatur ad ip-
sius semicirculi diametrum perpendicularis
ad, ipsi AD parallela, fiatque de e a.
Ex punto a demittatur super AD perpen-
dicularis a E. Linea de quater assumpta
semitæ quæsitæ amplitudinem ostendet. A
parte autem Ad = aE ipsus Parabolæ alti-
tudo adumbrabitur.

PRO.

CCCCX.

PROBL. V *Data linea celeritatis definire altitudines, & amplitudines projectionum omnium, quæ illo impetu fieri possunt, in horizontali jactu.* In semiœculo fig. 7. tab. 3. F in n A ducantur chordæ A e , An , Am , quæ varias projecti corporis directiones innuant, nec non rectæ in y , n x , e d diametro FA perpendiculares: recta A y ostendit altitudinem semitæ, quam per curvam describet projectum ex A in m . Iстius autem semitæ amplitudinem docet recta y n quater assumpta . Recta A x altitudinem significat & recta x n quater assumpta amplitudinem semitæ, quam curvo motu describeret corpus projectum secundum directionem A n . Recta demum A d adumbrat altitudinem, & recta e d quater assumpta amplitudinem semitæ, cui per curvam lineam insisteret corpus, si secundum directionem A e proceretur . Hinc cum rectarum y m , x n , d e , quæ quater assumptæ designant amplitudinem semitæ, maxima sit x n ; hæc enim per centrum semiœculi transit, ipsaque quater assumpta semitæ amplitudinem adumbrat, quam describeret corpus projectum secundum lineam directionis A n , quæ cum plano horizontali AD efficit an-

gu-

gulum semirectum, consequitur semitarum omnium, quas ex dato impetu describere potest projectum, eam esse longissimam, quam sub angulo elevationis semirecto, id est 45 graduum conficit, ut experimenta superius produeta indigitarunt.

Corollarium.

CCCCXI.

In jactu igitur horizontali obtinetur longitudine maxima, si angulus projectionis sit 45° . Sub eodem angulo erit linea velocitatis æqualis semissi amplitudinis maxime; altitudo vero maxima æqualis semissi lineæ velocitatis. Tempus præterea, quod impenditur a projecto in percurrenda Parabolæ amplitudine erit æquale illi, quod ab eodem projecto impenderetur, si a projectionis puncto liberè verticaliter deßenderet; per spatiun æqualem amplitudini Parabolæ. Erit denique velocitas, qua projectum ad verticem Parabolæ D, vel S, vel M per venit, ad eam quam habuit, vel in puncto projectionis A, vel in I aut Q; ut $1 : \sqrt{2}$.

CCCCXII.

Calculo vero trigonometrico: si in ordine

ne ad sinum totum , ad sinum dupli anguli projectionis , & ad lineam velocitatis reperiatur quartum proportionale , duplum dabit longitudinem quæsitam jactus : Si vero in ordine ad lineam velocitatis , ad semis. sem longitudinis jactus , & ad sinum totum seu radium reperiatur quartum proportionale , hoc dabit sinum dupli anguli projectionis . Si in ordine ad sinum totum , ad

cotagentem anguli projectionis , & $\frac{1}{4}$ ampli-

tudinis Parabolæ reperiatur quartum proportionale , hoc definiet maximam Parabolæ altitudinem . Vel si in ordine ad cosinum anguli elevationis , ad fintum ejusdem , & ad amplitudinem Parabolæ reperiatur quartum proportionale , hujus quarta pars erit altitudo maxima jactus . Denique si in ordine ad sinum totum , ad sinum anguli elevationis , & ad Parametrum inventatur quartum proportionale ; hoc dabit tempora jactuum sub diversis elevationis anglis . Quoniam vero vis projectionis , & velocitas supponitur eadem , erit parameter quoque eadem ; & consequenter tempora jactuum sub diversis elevationis anglis , velocitate existente eadem , erunt ut sinus angulorum elevationis .

Ed.

*Eadem Problemata pro jactu Horizonti
inclinato resolvere.*

CCCCXIII.

Si linea directionis jactus AR sit Horizonti AQ inclinata, erit angulus BAR vel minor BAQ, ut in fig. 8. tab. 3, vel major angulo recto BAQ, ut in fig. 9. tab. 3 quantitate æquali angulo RAQ. In utroque hoc casu amplitudo maxima jactus obtinebitur, si angulus projectionis BAL sit minor, aut major angulo 45 graduum quantitate æquali semissi anguli RAQ. Sic posita elevatione, aut depressione scopi supra vel infra Horizontem gradibus 20, maxima jactus longitudine obtinebitur sub angulo projectionis $45^\circ - 10^\circ$, vel $45^\circ + 10^\circ$, eritque in primo casu angulus projectionis $\approx 35^\circ$ & in secundo casu $\approx 55^\circ$. Et consequenter erit in primo casu longitudine maxima jactus $\leq AB$; in altero vero casu longitudine maxima jactus $> AB$.

CCCCXIV.

Si præterea ab F ducatur normalis FD

Cce

ad

ad perpendicularem BI , erit $FM = \frac{1}{2} FD$.

Erit igitur altitudo maxima FM Parabolæ AMN in primo casu minor $\frac{1}{2} AB$, & major $\frac{1}{2} NE$. In secundo vero casu $> \frac{1}{2} AB$, & $< \frac{1}{2} NE$. Ex quo illud consequitur : quod

velocitas , qua projectum pervenit ad N in primo casu minor est illa , quam in A vis projectionis impressit ; in secundo vero casu est major : ratio igitur velocitatis in M ad velocitatem in A in primo casu minor erit ea , quam habet $1 : \sqrt{2}$, & in secundo casu major .

CCCCXV.

Possunt Problemata omnia ad Ballisticam spectantia empyrica methodo resolvī ope círcini balistici , cuius præclarum inventum debemus Vito Garavelli Aceademiae Neapolitanæ decori inclyto . Nos hujusmodi instrumentum a nostro Machinatore construi curavimus ; atque in prælectionibus , & experimentis ejus præclarum usum ostendemus ad facillime resolvenda problemata omnia , quæ Projectorum motum ,

&

& Disciplinam balisticam respiciunt.

CCCCXVI.

PROBL. VI. *Dato positio scopo feriendo, dataque vi projectionis & nitrati pulveris, invenire directionem jactus, seu angulum projectionis.* Dupliciter hoc Problema solvi poterit: nempe constructione geometrica, vel calculo analytico. Si lubeat constructionem geometricam adhibere sit L *fig. 3.tab. 10. & 11.* scopus in linea data CL. E loco projectionis ducatur CD horizonti parallela, & erigatur ad eam perpendicularis CP, & æqualis Parametro, quæ per vim projectionis datur. In puncto hujus medio excitetur perpendicularis GN, uti etiam in C normalis ad CL, nempe CG. E puncto G, ubi hæ duæ perpendiculares concurrunt, describatur radio GC arcus circuli CNP. Denique ducta per scopum L ad CP parallela LA, & ex C per A, & a, ubi ea secat arcum CNP, rectis CA, Ca, erunt anguli quæsiti ad scopum ferendum ACD, a c d. Si perpendicularis LA parallela Parametro PC arcui non occurrat, Problema erit impossibile scopo extra vim projectionis collocato. Si vero arcum in unico dumtaxat puncto tangat, tuac unicus dumtaxat erit angulus projectionis quæsitus

Ccc 2

ad

ad scopum feriendum. Si denique arcum in duplo puncto fecet, sub duplo angulo projectionis scopus percuti poterit. Sic scopus in M constitutus sub uno dumtaxat angulo elevationis NGM percuti poterit, quia MN in uno dumtaxat puncto N arcui occurrit. Sin vero scopus sit constitutus in L, æqualiter percuti poterit sive angulus projectionis sit ACP, sive a CP, cum in exposito schemate linea AL bifariam arcum fecet. In mortariis eligitur angulus projectionis superior. In tormentis autem bellicis, si scopus feriendus sit verticalis, angulus projectionis inferior; sin vero sit vel horizontalis, vel parum horizonti inclinatus, angulus projectionis superior elegitur.

CCCCXVII.

Quod si libeat analytic formula tangentem anguli projectionis reperire, quo datus positione scopus feriatur: sit in *fig. 12 tab. 3.* scopus feriendus S, S, S''. Supponatur trigonometricis regulis determinata distantia BS, atque angulus SBG, & consequenter eodem trigonometrico calculo determinata BS'. & S'S. Sit præterea linea velocitatis AB = a, amplitudo BS' = b, altitudo SS' = c, erit tangens anguli quæsitii:

nem.

nempe $t = \frac{2a \pm \sqrt{(4a(a-c)) - b^2}}{b}$. Si

Scopus feriendus S' sit in eadem horizontali BG, erit $c = 0$. Unde $t = \frac{2a \pm \sqrt{(4a^2 - b^2)}}{b}$.

Si denique scopus S'' sit infra horizontalem lineam BG, erit $S' S'' = -c$; & consequenter erit tangens anguli $t = \dots$
 $\frac{2a \pm \sqrt{(4a(a+c) - b^2)}}{b}$. Ex qua ana-

lytica formula illud primo consequitur: quod si scopus feriendus sit supra horizontem elevatus, percuti hand poterit, si

$4a^2$ sit $< 4ac + b^2$. Si vero sit in linea horizontali, erit etiam jactus impossibilis si

$4a^2 < b^2$. Et denique scopo infra horizontem constituto, attingi per vim proiecctionis nequibit, si fuerit $4a^2 + 4ac < b^2$.

CCCCXVIII.

PROBL. VII. *Dato pondere globi, & spatio confecto tempore aliquo determinato, vim globi statuere, qua percutit scopum. Ponus*

dus globi ducatur in spatiū confectū tempore , e. g. unius minuti secundi . Productum exponet vim , qua globus percūtiet scopum . Sit pondus globi e. g. librarum 36 , & minuto secundo conficiat pollices 1474. Si multiplicetur pondus 36 per velocitatem acquisitam:nempe per 1474, productum 53064 indicabit quantitatem motus , seu vim , qua globus percutit scopum . Hæc autem vis superat eam , quam Veteres adhibebant , dum arietibus parientes arcium evertebant summo cum incommodo , & temporis , atque hominum dispendio . Tribus trabibus trianguli figuram formantibus appendebant Veteres trabem longitudinis pedum 180 , cuius extremitati adhærebat caput metallicum exhibens arietem , integræ autem machinæ pondus erat librarum 41112 , & centum homines ipsam attollebant , eaque libere relicta vi propria irruerat in parietem . Nam si supponatur spatiū ab ariete percursum uno minuto secundo fuisse unius pedis: quantitas motus arietis erit factum ex velocitate 1 per massam 41112. Hæc autem minor est ea , quæ producitur a globo vi nitrati pulveris per bellicum tormentum ejaculato Illudque præterea percommodo in nostris bellicis instrumentis accidit , quod vis , quam exercent nostra tor- men.

menta bellica per duos aut tres homines exerceatur; e contra vero ad elevandum arietem centum homines requirebantur, ut Vitruvius, & Lipsius testantur.

Animadversio.

CCCCXIX.

Cum vis projectionis in arte balistica pendeat a quantitate nitrati pulveris in tormentum immisso, proportionali longitudini ejusdem tormenti, & ponderi globi. Hinc ea quantitas non ratione, nec calculo, sed experimentis definiri debet. Projecto ea pyrii pulveris quantitas in tormenti fistulam immitti debet, quæ tota possit inflammari antequam globus exeat ab orificio tormenti. Si enim non tota incendatur, globo non imprimitur integrata projectionis vis, ut cum impetu scopum feriat. Si vero longe ante inflammatur, quam globus ex orificio fistulae erumpat, tunc globus impingens in parietes bombardæ, seu tormenti bellici multum celeritatis amittit; proindeque minori vi percudit scopum. Regulariter autem tormenta bellica enerantur ea pulveris quantitate, quæ est in ratione subdupla ponderis globi. Cujuslibet autem globi pondas

de.

determinari solet regula usitata calibræ s
nimirum lamina quadam ex orichalco , in
qua signatae sunt diametri globorum ex
ferro , plumbo , & marmore . Cum enim
ex Geometria pondera duorum globorum
ejusdem densitatis sint , ut cubi diametro-
rum ; hinc cognita , ope circini circularis ,
diametro globi , e. g. marmorei unius li-
bræ ; radix cubicâ dupliciti cubi talis dia-
metri erit diameter globi 2 librarum ; ra-
dix cubicâ triplicati cubi talis diametri e-
rit diameter globi 3 librarum , & ita
porro .

Scholium primum .

CCCCXXX.

Quæ hactenus de motu projectorum
in curva parabolica disputavimus , nullam
habuere rationem resistentiæ , quam aer
pilis ferreis , atque igniariis globis oppo-
nit . Cum vero vis illa , qua aer proje-
ctorum motui obsistit , tuto negligi ne-
queat , illud necessario consequitur cur-
vam a projecto corpore descriptam tan-
to magis a Parabola diffidere ob resi-
stentem aerem , quanto vis projectionis
major est , seu quanto major ei celeritas
ab exploso nitrato pulvere imprimitur ; quæ
qui-

quidem, D. Robins demonstrante, tanta repletæ est, maxime in ipso fistulæ æneæ orificio adversus globum ponderis 24 librarum, atque vi 16 librarum pulveris pyrii ejectum e tormento, ut, vige cuplo major pondere ejusdem globi, libras 480 adæquet. Quo sit etiam, ut curva a globo percursa non in eodem tota plano verticali existat. Quæcumque autem sit natura curvæ a projecto descriptæ, tutissima semper via ea erit, iteratis periculis, & experimentis constituere amplitudinem semitæ, & lineam velocitatis, quæ a projectis corporibus describuntur.

Scholium 2.

CCCCXXI.

Supervacaneum duximus in superioribus calculis motus projectorum obtrudere velocitatem illam initialem, qua ignarius globus totam longitudinem axis tormenti bellici percurrit, & vim illam elasticam, quæ a diffractione pyrii pulveris moleculis producitur. Hæc quippe initialis velocitas, & vis elasticæ, quamcumque sagacitatem adhibeas, non facile definiri potest; nec pendulum balisticum a D Robins excogitatum, nec balistica rota, quam Pappa-

D d d

ci

cinus adhibuit satis apta ad hanc usque
diem reperta sunt ad velocitatem istam ini-
tialem determinandam . His accedit : quod
minimus error in observatione , qui sensuum
aut mentis aciem effugiat ; maximam in
calculo diversitatem produceret . Denique
licet ultiro concederemus velocitatem istam
initialem ad inventis machinis posse ad exac-
tum calculum revocari , adhuc intutilis la-
bor esset ex tali velocitate inferre vel am-
plitudinem jactus , vel altitudinem Para-
bolæ , vel lineam velocitatis . Quippe velo-
citas istæ initialis supponit medium non
resistens , & perfecte vacuum . Quando igit
tur supponeretur initialis celeritas exacte
determinata ; eam tamen necessario ab aeris
resistentia , aliisque causis perturbari ne-
cessere esset . Qui igitur in Arte balistica ve-
locitatem initialem ad calculum revocare
prætendunt , nil aliud meo quidem iudicio
efficiunt ; nisi rem per se ipsam claram , &
manifestam , obscuris tractibus ac tenebris
obvolvere .

SECTIO III.

MECHANICA ÆQUILIBRII SOLIDORUM

I N Q U A

*De gravium centro, & sustentatione agitur,
& Theoria Machinarum ad staticam
pertinentium*

Explicatur, & ad experimentorum
ampissim revocatur.

C A P U T P R I M U M.

*De gravium sustentatione, seu de centro
gravitatis, & linea directionis
corporum,*

CCCCXXII.

CENTRUM gravitatis est punctum, per
quod si planum transeat, corpus ip-
sum in partes æqualis ponderis dividit,
ideoque si per centrum gravitatis suspen-
datur corpus, partes illius futuræ sunt in
æquilibrio.

Ddd 2

Ced.

CCCCXXIII.

Centrum magnitudinis , seu extensio-
nis corporis est punctum illud , per quod
si planum ducatur , corpus in partes mo-
lae æquales dividitur . Sic centrum magni-
tudinis sphæræ punctum illud dicitur , a
quo omnes rectæ in illius superficiem du-
ctæ æquales inveniuntur ,

CCCCXXIV.

Quapropter centrum gravitatis , & cen-
trum magnitudinis in idem punctum non
semper confluunt , sed solum tum , cum
corpus est homogeneum , constans videli-
cet ex partibus ejusdem naturæ , & regu-
lare : hoc est habens partes ita dispositas ,
ut in eo aliquod punctum reperiatur , quod
sit centrum magnitudinis , & a quo par-
tium oppositarum extrema æqualiter di-
stent . Sic e. g. in globo , aut cylindro fer-
reo idem est centrum gravitatis , & cen-
trum magnitudinis . Quemadmodum e-
nim hæc corpora plano per centrum ma-
gnitudinis ducto in partes mole æquales
dividuntur ; ita secantur eodem plano in
partes æquiponderantes , seu quarum æqua-
lia sunt gravitatis momenta ; quippe cum
partes illæ æquali materiæ quantitate sint
præ-

præditæ , utpote homogeneæ , & earum extrema ob regularem corporis figuram æqualiter a centro magnitudinis discent , æqualia prorsus gravitatis momenta obtineant necesse est .

CCCCXXV.

Verum si materia corporis non esset homogenea , e. g. Si altera globi pars esset lignea , altera plumbea , centrum quidem extensionis esset punctum globi medium , sed centrum gravitatis in parte plumbea , quæ gravior est foret collocandum . Pariter si corpus esset quidem homogeneum ; sed ad irregularem figuram compositum , posset optime , plano per centrum magnitudinis ducto , in partes mole æquales dividi ; quæ tamen inæqualia gravitatis momenta haberent ob inæqualē extēmorū distantiam ; quippe quod partes etiam pondere æquales eo majus momentum habeant , quo magis a suspensionis puncto distant . Quapropter in hisce etiam corporibus gravitatis centrum , & centrum magnitudinis in eodem punto non constituantur .

Em-

CCCCXXVI.

Empyrica , seu mechanica metodus de terminandi in quolibet corpore , vel in pluribus centrum gravitatis erit hæc . Sit corpus quodlibet homogeneum aut heterogeneum , cuius centrum gravitatis inveniendum sit . Collocetur corpus illud super Prisma ligneum aut metallicum , & tamdiu super aciem prismatis moveatur , donec pars una alteri non prevaleat , sed in æquilibrio sistat ; inde notetur linea , qua Prismatis acies tangit corporis superficiem . Vertatur deinde corpus super aciem Prismatis juxta alteram ejus longitudinem tamdiu , donec una pars alteri non præponderet , & linea , qua Prismatis acies tangitur etiam notetur . Ubi hæc secat primam lineam , ibi erit centrum gravitatis totius corporis .

CCCCXXVII.

Si plura corpora sint simul juncta ha-
sta aliqua inflexibili , non dissimili ratione
centrum gravitatis talium corporum dete-
getur . Si enim virga ferrea , cui juncta
sunt duo , vel plura corpora , filo suspen-
datur , vel super aciem Prismatis colloce-
tur , & tamdiu moveatur , donec in æqui-

librio sint corpora , nec moveatur hasta : punctum , quod aciem Prismatis , vel filium tangit , erit centrum gravitatis illorum corporum .

CCCCXXVIII.

Si vero pondus corporum sit exploratum , tunc faciendo pondera reciproca distantiis a fulcimine aliquo communi , facile invenitur centrum gravitatis . Exploretur summa librarum utriusque ponderis : tum hasta ; quae sit æqualis densitatis , & crassitudinis dividatur in tot partes æquales , quot sunt libræ . Quo⁹ posito singulis ponderibus dentur tot partes hastæ , quot sunt necessæ , ut distantiæ a fulcimine sint reciprocae ponderibus , seu ut fiat utriusque æqualis quantitatis motus :

CCCCXXIX.

Sint duo pondera tab. 3. fig. 12. A 4 libratum , B 1 libra : horum summa est 5 libratum . Itaque divisa hasta in 5 partes æquales , dentur 4 partes corpori B , pars una corpori A , punctum C erit centrum gravitatis amborum .

Sint

CCCCXXX.

Sint tria pondera *tab. 3 fig. 13.* A r
libræ , B₃ , C₆ . Invento ex superiori re.
gula puncto M , centro gravitatis inter A
& B , libræ 4 concipiuntur , quasi essent ap-
pensæ in punto M . Quare invento pun-
cto E , centro gravitatis inter M & C ,
hoc erit centrum gravitatis trium corpo-
rum .

CCCCXXXI.

Sint quatuor pondera *tab. 3. fig. 14.*
a , *b* , *c* , *d* , pendentia ex eadem virga .
Invento puncto B , centro gravitatis inter
A & C , haec duo concipiuntur penden-
tia in M . Rursum invento puncto D cen-
tro gravitatis inter punctum B , & punctum
F , in hoc punto D concipiuntur penden-
tia tria pondera *a* , *b* , *c* ; Demum invento
puncto E centre gravitatis inter D & G ,
hoc erit centrum gravitatis commune qua-
tuor corporum .

CCCCXXXII.

Poterit etiam alio modo hoc idem
commune gravitatis centrum reperiri . Du-
cta dictantia A C in pondus *a* , & distan-
tia C F in duo pondera *a* , *b* , & distan-
tia

tia FG in tria pondera a, b, c. Hanc sumnam trium productorum divide per summam quatuor ponderum a, b, c, d; quotus dabis distantiam GE ultimi ponderis a centro; ideoque punctum E erit centrum gravitatis omnium ponderum ...

$$\frac{8+12+36=56}{2+1+6+3=12}=4\frac{8}{12}=4\frac{2}{3}.$$

CCCCXXXIII.

Poterit denique haberi distantia centri gravitatis ab aliquo punto, si summa productorum cuiuslibet ponderis cum sua respective distantia ab eadem extremitate dividatur per summam ponderum. Sic e. g. Si eidem inflexibili hastae tab. 3. fig. 15. filo suspendantur tria pondera; ita ut pondus trium unciarum distet septem pollicibus ab uno extremitate, alterum quatuor unciam decem pollicibus ab eodem extremitate distet, & tertium denique unius unciae undecim pollicibus distet, habebimus centrum gravitatis trium ponderum in distantia a punto A =

$$=\frac{7 \times 3 + 4 \times 10 + 1 \times 11}{3 + 4 + 1} = \frac{72}{8} = 9$$

pollicibus.

Eee

Quea-

Quemadmodum autem suprascriptæ regulae nos condocent methodum inveniendi centrum gravitatis cuiuslibet systematis corporum; ita etiam empyrice reperi-re poterimus centrum gravitatis in iis corporibus, quæ regulari ac determinata figura donantur.

Sic centrum gravitatis Prismatis, vel Cylindri homogenei est in medio axis, qui transit per centra duarum basium oppositarum.

Centrum gravitatis Trianguli habebitur, si quodlibet latus dividatur in duas partes æquales, & a vertice anguli oppositi ad latus divisum ducatur recta li-

nea. Hujus enim $\frac{2}{3}$ distantiæ a vertice $\frac{3}{3}$

centrum gravitatis Trianguli definient.

Centrum Trapetii jacet in punto, ubi mutuo intersecantur rectæ, quæ conjungunt opposita centra gravitatis Triangulorum, in quæ Trapetum dividitur.

Centrum gravitatis Coni solidi, vel Pyramidis solidæ jacet in centro plani circularis paralleli basi ejusdem corporis: quod

planum a vertice distet $\frac{3}{4}$ unius ex lati-
ribus,

Centrum gravitatis Emisphaerii est ad

$\frac{3}{8}$ radii, computatione a centro inchoata.

CCCCXXXV.

Linea directionis corporum est linea recta a centro gravitatis ejusdem corporis ducta ad horizontem terrestrem, eique perpendiculariter insistens. Vocatur autem linea directionis, quia gravitatis motum dirigit ac metitur.

CCCCXXXVI.

Ex iis autem, quae superius de centro gravitatis diximus sequentia facile colliguntur. Et in primis regula generalis derivatur, quod corpus grave piano horizontali incumbens stabit penitus, si linea directionis extra illius basim non excurrat; ruet vero si linea directionis intra basim non cadat.

CCCCXXXVII.

Hinc etiam intelligitur cur pisana & bouoniensis Turris, licet inclinatae, constant, praescindendo ab omni glutine & ne xu partium cum subiecto piano horizontali; quod scilicet earum perpendicularia ex cen-

Eos 2

tro

tro gravitatis ducta , extra suarum basium circuitum non cadant. Ostendit autem Paulus Casatus , quod bononiensis Turris anno 1110 excitata ad altitudinem pedum 130 , perpendiculum habeat extra basim pedibus 9 , & Pisana altitudinis pedum 138 . inter vallum admittat inter basim & perpendiculum pedum 15 ; ideo autem non corruant , quia tali artificio sunt constructæ , ut si perpendicularis a centro earum gravitatis ducatur , intra basim cadere debeat , licet precise ad earumdem medium non pertingat , ut in turribus erectis .

CCCCXXXVIII.

Colligimus etiam , quod cum homines centrum habeant gravitatis inter inates & pubim , ut Joannes Alphonsus Borellus in laudatissimo opere de Motibus Animalium observat , linea directionis intra spatum calcaneis interiectum , adeoque intra basim cadit . Quapropter si erecto stent corpore , & utroque pede pavimento insistant , firmiter consistunt . At si pes alteruter elevertur , basis tum definietur spatio , quod pes unus occupat ; adeoque ut homo super solo pede stare possit , debet corpus versus illud latus slectere , ut linea directionis in ipsam basim retrahatur . Immo hinc ratio redit .

reddi potest , cur si homo sit pinguis ventris , in ambulando humeros retrorsum dirigere debet ; si propter senectutem curvus fiat , baculo inniti debet , alias directionis linea intra basim non caderet ; ac denique si pondera humeris sustentet , vel si alta petat , debeat necessario se incurvare . Quod de pluribus ejusdem generis phænomenis commode dici potest .

CCCCXXXIX.

Hinc etiam patet , cur corpus aliquod exile , velut est acus , supra cuspidem erectus manere non possit : quod scilicet propter ambientis aeris motum linea directio nis facile extra basim vagetur & diffundat .

CCCCXL.

Hæc eadem , quæ de centro gravitatis & linea directionis diximus , valde apta sunt ad explicandum , quando corpora per longitudinem plani inclinati lambendo descendere debeant ; quando vero se ipsa voluntando . Si enim super piano inclinato corpora constituantur , & linea perpendicularis ad horizontem demittatur , corpora quorum perpendiculares extra basim non cadunt , planum abradendo excurrent , quorum vero

go extra basim cadunt, rotabuntur. Id autem a scabritie plani repetendum esse ostendit clarissimus Petrus de Martino pluribus captis experimentis. Nam si corpora per planum crystallinum inclinatum probe politum demitterentur, tunc omnia absque rotatione per planum excurrerent.

CCCCXL.

Ac tandem, ut cætera omittamus, pulchrum illud phænomenon explicatur, quo corpus descendendo ascendere videtur: quod refertur ab omnibus Physicæ Experimentalis Tractatoribus, & a nobis etiam Experimento duplicis coni comprobabitur. Nam junctis ad basim duobus conis *fig. 16. tab. 3.* KL collocentur in binis regulis ligneis consociatis DB, CA quæ angulum acutum efformant, & planum referant inclinatum; ita tamen ut bases sint minores semidiametro utriusque Coni simul conjuncti. Corpus itaque constitutum in unione regularum sponte gravitate propria ascendet, dum interim ejus centrum gravitatis, quod est in vertice, assidue descendet. Nam quoniam regulæ semper magis sunt divergentes, dum corpus istud apparenter ascendere videtur, revera descendet, & tota integra semidiametro, qua supra horizontem

tem præminebat , infra horizontem ruet ;
donec ad punctum correspondens extremi-
tibus utriusque Coni perveniat .

C A P U T II.

De Equilibrio Solidorum .

Præmittitur Lex generalis Staticæ .

CCCCXLII.

STATICA est ea disciplina , quæ docet vi-
res duorum corporum inaequalem bene-
ficio quorundam instrumentorum ad æqui-
libritatem statuere . Æquilibrium autem
habetur cum potentia & resistentia ita vi-
cissim agunt , ut eorum momenta inter se
æquentur

CCCCXLIII.

Ex duobus corporibus in se mutuo a-
gentibus , quod minus est vocatur Potentia ,
quod vero majus Resistentia . Instrumentum
vero illud , quo potentia æqualis fit re-
sistentiae dicitur machina . Nos vim absolu-
tam potentiae in sequentibus semper desi-
gnabimus littera P ; spatium ab eadem per-
cursum littera S , ejusdem celeritatem li-
tego .

410

terā C. Resistentiam superandam seu pondus vocabimus p; spatium descriptum & ejus celeritatem c.

CCCCXLIV.

Lex generalis Staticæ est: tunc dari æquilibrium inter potentiam & resistentiam, quando ea sunt in ratione reciproca suarum celeritatum, seu cum erit $P : p :: c : C$. Quando enim habebimus $P : p :: c : C$ tunc erit $PC = pc$. Pari ratione æquilibrium habebitur, si potentia & resistentia sint reciproca spatiis seu distantiis a centro motus. Si enim sit $P : p :: s : S$; habebitur etiam æquatio $PS = ps$.

CCCCXLV.

Si ergo vel tantillo major fuerit potentia, quam requiritur ad dictam proportionem, jam erit $PC > pc$, & $PS > ps$, & consequenter vincetur resistentia ponderis.

CCCCXLVI.

Cum in casu æquilibrii sit $P : p = c : C$, consequens est eo minorem potentiam sufficere ad æquilitatem cum pondere seu resistentiam obtinendam, quo minor fuerit ce-

celeritas ponderis celeritate potentiae; atque hinc profluit methodus dignoscendi quantum adjumenti in movendis ponderibus per machinam obtinere valeamus. Si enim videam e. g. triplo aut quadruplo minorem esse celeritatem ponderis in quapiam machina celeritate potentiae, rite infero triplo aut quadruplo minorem potentiam, sufficere ad æquilibrium cum pondere obtinendum. Unde id quoque patet compedium virium semper cum dispendio temporis esse connexum: id est eo lentiorum, ac proinde diuturniorum esse ponderis motum, quo illud ope cœnusdam machinæ minori vi mouetur.

CCCCXLVII.

Machinarum aliæ simplices sunt, aliæ compositæ. Simplices dicuntur, quæ ex pluribus machinis non constant, quarum una quæque apta sit ad augendam potentiam. Compositæ vero nuncupantur, quæ ex simplicibus coalescunt, atque ex iis vim omnem accipiunt. Cum itaque machinæ omnes compositæ, quæ innumerabiles propemodum sunt, ad machinas simplices revocentur, mos est Philosophis de simplicibus tantum dicere. Hæ machinæ sunt omnino novæ: nimirum Vectis, Libra, Statera

romana , Axis in Peritrochio , Trochlea , Rotæ dentatæ , Planum inclinatum , Cochlea , Cuneus ; de quibus omnibus in sequentibus disputabimus .

C A P U T III.

De Vecte .

CCCCXLVIII.

Vectis est machina omnium simplicissima hasta constans recta inflexibili , atque ad elevanda , vel sustinenda pondera , accommodata . Hujusmodi est linea AB . *tab. 3. fig. 18. BC fig. 19. & AC fig. 20.* In hoc tamen tria sunt distinguenda , pondus scilicet aut attollendum , aut sustinendum . Potentia elevans aut sustentans , & fulcimen , sive Hypomochlium , cui immobili innititur Vectis . Ex varia autem fulcimini collocatione triplex differentia Vectis existit . Cum fulcrum C ponitur inter Potentiam B & Resistentiam A , dicitur Vectis primi generis . Cum vero inter fulcimen C & Potentiam B jacet Resistentia A , dicitur Vectis secundi generis . Sin denique Potentia B ponitur inter fulcrum C & resistentiam A , Vectis tertii generis nominatur .

Ve-

CCCCXLIX.

Vectis primi generis aliquando rectus est , aliquando inflexus . Rectus nuncupatur , cum ex potentia ad pondus , seu resistentiam recta decurrit , ut est Vectis AB fig. 18. Inflexus dicitur , cum a recta linea recedens angulum ex contortis suis partibus efformat .

CCCCL.

Ad Vectem princi generis , sed rectum , referuntur forfices , seu instrumenta illa ferrea , quibus filum , telam , pannos , & alia incidimus , & forcipes fabrorum . Ista siquidem ex duplii quodam Vecte consti tuuntur . Manubrium est punctum , cui admovetur potentia ; axiculus , quo duo brachiola conjunguntur , est commune fulcrum ; apicibus demum , vel brachiorum parte , quæ ultra axiculum excurrit , secan dum corpus excipitur . Inflexum vero Vectem exhibit tum malleus , dum biforcata ipsius parte clavi parietibus aut tabulis tenacissime infixi revelluntur ; tum baculus qui utraque manu comprehensus , atque aliquantulum contortus genu admotus frangendus committitur . Vectem etiam obliquum exhibet scala parieti admota , per

quam homo pondere onusluis ascendit . A. pex enim , & basis scalæ duo fulcra obliqua reprehendant . Homo vero sarcina gravatus resistentiam mobilem indigit . Antequam homo ad scalæ medietatem pertingat , & cum ad eam pervenit fulcrum inferius magis gravatur , quam superius . Superata vero medietate scalæ magis gravabitur fulcrum superius inferiore ; quo fit ut actio fulcri superioris eo magis minuantur , & ad resistendum ponderi sit imbecillior , quo altius homo ascendit ; adeo ut quandoque cum periculo operariorum eveniat ut fulcrum superius , quod initio sustinere poterat hominis salientis pondus , repente fatiscat .

CCCCLI.

Vestis secundi generis imaginem habemus in baculo , vel virga ferrea , quæ haud infreuenter clavum anulis immittitur , ut axis scabritie , atque asperitate devicta , facile rotentur . Malus etiam , remi , & temo Navium , animalium mandibulae , duo denique Bajuli oblonga hasta pondus aliquod deportantes , vestem secundi generis reprehendant ; in quo Hypomochlium extremum obtinet locum , primum potentia , medium pondus elevandum , aut moverendum .

Ves-

CCCCII.

Vectem denique tertii generis , in quo potentia jacet inter hypomochlium & pondus , exhibent ossa nostri corporis . Musculi cum eorum tendinibus hisce vectibus applicati & in eorum medio collocati , dum propria vi contrahuntur , potentiam reprehensent . Membra , quae a respectivis musculis elevantur , resistentiam designant . Fulcra vero sunt ossium articulationes , vel quæcumque aliæ partes , supra quas potentia & vis muscularum applicatur .

CCCCIII.

In triplici hoc vecte æquilibrium habebitur inter pondus & potentiam , quando pondus multiplicatum in distantiam a fulcro est æquale produc^to ex potentia multiplicata in distantiam ab eodem fulcro . Ex quo deducitur quancumque , vel minimam potentiam , ingens pondus operi vectis sustentare posse , si distantia potentiae ab hypomochlio sit ad ponderis distantiam ab eodem punto , ut est ponderis vis & momentu^m ad vim & momentum potentiae . Cum enim ponderis ac potentiae ab hypomochlio distantiae sunt reciproce ut eorum vires ; in eadem ratione sint oportet &

& celeritates initiales , quibus dato æquali tempore moveri debent pondus & potentia. Constat siquidem punctum , in quo statuitur pondus A , & punctum quod obtinet potentia B , ita circa fulcrum C movenda esse , ut spatum conficiendum a potentia B eo longius sit spatio , quod a corpore A percurretur , quo magis radius , sive distantia CA deficit a radio , seu distantia CB . Cum itaque in corporibus æquali tempore se moventibus celeritates sint ut spatia , spatia vero ut radii , momenta ponderis , & potentiae vectis auxilio evadent æqualia .

CCCCLIV.

Ut autem vis potentiae ea ratione crescat , qua crescit distantia ab hypomochlio , necessum omnino est , ut directio potentiae moventis sit perpendicularis ipsi vecti , cum eaque rectum angulum costrinuat . Si enim oblique in illum incidat , efficietque angulum vel acutum , vel obtusum , vis potentiae non eo modo augetur , quo crescit distantia ab hypomochlio ; sed tanta est , quanta recta obliqua ducta ad perpendicularium in lineam , a qua exprimitur potentiae directio .

Illud

CCCCLV.

Illud etiam ex dictis consequitur , maximum pondus a minima potentia ope vectis elevari posse , si distantia ponderis ab hypomochlio minorem habeat rationem ad potentiae distantiam ab eodem punto , quam potentiae vis ad ponderis resistentiam . Cum enim compertum sit productum extreorum ex quatuor magnitudinibus geometrice proportionalibus minus esse producto mediorum , semel ac prima magnitudo minorem rationem habeat ad secundam , quam tertia ad quartam , hinc sequitur productum ex distantia ponderis atque ipsius resistentia minus esse producto ex distantia potentiae atque ipsius viribus ; erit . que $PC > pc$, & $PS > ps$. Cum itaque ex facto , quod ex viribus atque distantiis emerget , exprimatur factum ex viribus & celeritate , vel ex viribus & spatio , & consequenter momenta ponderis ac potentiae ; momentum ponderis iuxta data hypothesi vincetur a momento potentiae ; atque ideo a quavis potentia pondus elevabitur .

CCCCLVI.

Hinc denique sequitur incrementum proponendum infinitum ex vectis auxilio pos-

posse suscipere potentiam: quando nimirum distantia potentiae ab hypomochlio ita crescit, ut proportio, & ratio inter enorme pondus, & vires potentiae sit minor ratione, quam habet distantia potentiae ab hypomochlio ad distantiam ponderis. Apposite igitur ajebat Archimedes. *Dic ubi consistam, & cælum, terramque movebo.* Quæ quidem dicta volumus de vecte tum primi, tum secundi generis, cuius vim ac natu-ram ad omnes ferme mechanicas machinas derivare possemus.

CCCCLVII.

Ad vectem vero tertii generis quod attinet, ad ponderis verius, quam ad potentiae vim augendam inventum existimo. Ea propter legibus hujus vectis uti possumus ad explorandam vim & efficaciam aliquujus potentiae. Sic Doctissimus Borellus vires muscularum ad cælulum revocat, eos comparando cum vecte tertii generis. Considerat e. g. totum humanum brachium pro vecte. Locum hypomochlii in articulatione ossis humeri cum scapula; est enim in hac articulatione punctum aliquod, quod non mutatur, & circa quod totus humerus rotatur. Tunc respiciens ad insertionem musculi e. g. Deltoidis, cuius vires querit,

ex

ex legibus vectis tertii generis concludit : quod , si ex digitis extremitatibus suspendatur pondus aliquod , requiretur ad aequilibrium faciendum tanta vis Deltoidis , ut pondus elevet , quae sit ad pondus in eadem ratione , quae est distantiae ponderis ab hypomochlio , ad distantiam insertionis musculi Deltoidis ab eodem hypomochlio . Quod ut evidentius pateat : supponatur tab. 3. fig. 21 brachium GE horizontaliter extensus , in cuius extremitatibus digitis Pondus seu resistentia H suspendatur . Centrum motus , seu fulcrum erit in articulatione A . Potentia erit in tendinibus musculi CI bicipitis , & brachiaei . Cuju's directio , cum sit obliqua , ut habeatur momentum potentiae ejusque a fulcro distantia , duci debet perpendiculariter BA super fulcrum A . Observationibus autem constat GA vigecuplo longiorum esse BA , & consequenter ejus a fulcro distantiam viginti vicibus excedere distantiam potentiae a fulcro . Ut itaque aequilibrium habeatur potentia in B se habebit ad resistentiam in H , quemadmodum AG ad AB ; & quemadmodum AG vigecuplo major est AB , ita potentia B vigecuplo excedet resistentiam H . Cumque praeterea experimentis constet Juvenem robustum extento brachio sustinere pondus 28 librarum circiter ; illud etiam consequi

G g

ne-

420
necessæ est descripti musculi potentiam
æquari ponderi $20 \times 28 = 560$.

C A P U T I V.

De Libra, & Statera.

CCCCLVIII.

Libra est machina ex duobus æqualibus, atque in æquales partes divisis brachiis coalescens, *tab. 3. fig. 22.*

Statera machina est duobus inæqualibus constans brachiis, seu radiis, ex quorum breviori unica lanx pendet, vel uncus. Longius vero in partes, quarum singulæ breviori sint æquales, dividitur; cum mobili æquipondio.

In utrisque istis machinis plures partes distinguntur: centrum scilicet, lingula, ansa, punctum suspensionis, & jugum.

Centrum est punctum; circa quod liberè movetur Jugum. Fulcrum etiam atque hypomochlium dicitur.

Jugum est linea; quæ flecti haud potest, atque in duas, aut æquales, ut in libra, aut inæquales, ut in statera, partes divisa circa sui ipsius punctum aliquod immobile revolvitur.

An.

Ansæ sunt laminæ, quibus ita jugum medio axiculi inseritur, ut circa illius foramina libere possit moveri.

Lingula, quæ index, atque examen vocatur, est pars, quæ sub ansa latet usque eo, dum jugum sit horizonti parallelum.

Puncta suspensionis sunt eæ jugi partes, ex quibus aut pondera, aut lances ad pondera excipienda pendent.

CCCCLIX.

Libra, sive Statera dicitur in æquilibrio, quando ponderum utrimque pendentium actiones, sive momenta ita sunt æqualia, ut se se mutuo perimant.

CCCCLX.

Advertendum, quod actiones, vires, seu momenta ponderum, quæ aut statere, aut libræ admoventur, non ex sola gravitate aut eorumdem massa pensanda sunt, sed etiam ex celeritate, quam ipsa debent habere, vel in aliud derivare, ut in se se mutuo agant. Quapropter ad rem hanc quod attinet duplex virium, aut actionum genus juvat distinguere: absolutum unum, aliud respectivum. Actio absoluta cum ex sola gravitate proficiatur,

Ggg 2

ipsi

ipſi ex toto respondet, in iisque ponderebus inēſt, quae nēdum conqūiescunt, ſed a libra etiam ſunt prorsus remota. Actio rēſpectīva tum ex gravitate ac māſſa, tum ex celeritate quam pondera debent obtinēre, vel in alio producere coalescit; atque hæc plane eſt, quae corporib⁹ ex libra pendentibus convenit. Iſta etenim ita ſunt ad motum comparata, ut ſeſe mu-tuo urgere haud valeant, quin ſeſe invicem moveant. Dicitur autem rēſpectīva, quia ponderibus non inēſt, ſed a libræ manat artificio; eaque ratione c̄reſc̄it, qua c̄reſc̄it eorumdem a libræ centro diſtantia. Aucta ſiquidem diſtantia, augetur celeritas, quae exigitur, ut unum pondus, aut aliud moveat, aut ab alio moveatur. Ex quibus conſequitur actiones ponderum ex libra pendentium ſequi rationem compoſitam ipsorum ponderum, atque eorumdem diſtantiae a centro libræ; ideoque momen-tum M Potētiæ P exprimi posse per PC, & momentum m rēſidentiæ æquiponderan-tis ad unguem correspōndere producto pc . Ex quibus conſtat librām ac ſtateram ve-ctes eſſe primi generis, in quibus pondus notum in una lance, vel in uno brachio ponitur, ut pondus ignotum corporis in altera lance poſiti ex æquilibrio dignoſca-cur.

Ex-

CCCCLXI.

Exper. 1. Sit inflexilis hasta, seu li.
 bræ jugum, cuius singula brachia in 100
 æquales partes dividantur. In uno libræ
 brachio tria pondera suspendantur: unum
 duarum unciarum vigesimæ divisioni; alte-
 rum unius unciae trigesimæ divisioni; &
 tertium trium unciarum sexagesimæ divi-
 sioni. Æquilibrium habebitur si in altero
 brachio pondus unicum quinque unciarum
 quinquagesimæ divisioni suspendatur: Erit
 enim in uno brachio momentum

$$= 2 \times 20 + 30 + 3 \times 60 = 250.$$
 Et in
 altero brachio momentum $= 5 \times 150 =$
 $250.$

CCCCLXII.

Experimentum 2. In uno libræ bra-
 chio pondus unius unciae suspendatur di-
 visioni 15, alterum unius unciae 40 di-
 visioni, tertium unciarum 2 divisioni 55,
 quartum unius unciae divisioni 80, quin-
 tum unius unciae divisioni 90, sextum de-
 nique unciarum 5 divisioni 100, Si in al-
 tero ejusdem libræ brachio divisioni deci-
 mæ suspendatur pondus unciarum 7, di-
 visioni 35 pondus unciarum 3, divisioni
 60 pondus unciarum 5, divisioni denique
 90 pondus unciarum 4; habebitur æqui-

li.

librium in utroque libræ brachio. Momentum enim ponderum in uno brachio erit
 $15 + 40 + 110 + 80 + 90 + 500 = 835$
 Momentum autem in altero erit . . .
 $= 70 + 105 + 300 + 360 = 835$:

CCCCLXIII.

Ut libram ad severiores staticæ leges componamus sequentes conditiones observandæ sunt: 1. Jugum in duo æqualia, & quantum fieri posse longiora brachia dividatur, quæ utrimque ab hypomochlio sint ejusdem, & longitudinis, & proportionatæ crassitudinis: ita ut detractis lancingibus, & chordis sint æquilibria. Secundo ut lances etiam cum suis chordis, aut catenulis seorsum recte examinatae sint ejusdem ponderis; itaut jugum sive lancingibus instructum, sive sine ipsis ab horizontali situ non removeatur. Tertio extrema suspensionis puncta eidem lineæ insistant, in qua libræ centrum invenitur. 4. Axis, circum quem brachia volvuntur, minimum contactum habeat, ut ex jugi ac lancingum motu vix sensibilis consequatur attritus. 5. Ex medio jugi puncto perpendiculariter lingula assurgat, & sub axe exigua lingula promineat ejusdem omnino ponderis, ac lingula superior: ob eam, cau.

causam, ut si jugum inclinetur, brachia æque ponderosa sint. 6. Jugum denique intra trutinam ita suspendatur, ut centrum motus non sit in ipso gravitatis centro, sed paululum supra ipsum attollatur, ut dum libra e situ horizontali moveatur, & pondera utrimque appensa sunt aequilia, non quiescat, nisi ad horizontem item se fistat.

CCCCLXIV.

Quoties conditiones istæ negligentur fallax, & dolosa erit libra, ejusque error clare diagnoscetur, si merces, & pondus mutata lance rursum collocentur in lance opposita: non enim erunt amplius aequilibria.

CCCCLXV.

Cæterum dolosa etiam libra verum mercis pondus possumus adinvenire methodo, quam tradit Volsius Mec. §. 788. Posita merce iu una lance, notetur æquipondium constitutum in altera lance, & dictum pondus vocetur P. Eadem merce translata in altera lance, notetur æquipondium, quod est in priori lance, quod vocetur Q. Pondera ista in se invicem du-

can.

cantur, & ex facto radix quadrata extra.
hatur: haec erit verum mercis pondus. Sit
e. g. pondus in prima lance ≈ 10 , in al-
lera lance ≈ 9 libris: reperiatur verum
mercis pondus \approx radici quadratæ $9 \times 10 \approx$

$$90 = \sqrt{90} = 9 \frac{48}{100}.$$

Etenim si verum pondus mercis vo-
cetur X erit

$$P : X \approx AC : CB$$

$$X : Q \approx AC : CB$$

Igitur erit $P : X \approx X : Q$, & ideo

$$X^2 \approx P \times Q, \text{ & } X = \sqrt{P \times Q}. \text{ Quod e. d.}$$

CCCCLXVI.

Vt statera tab. 3. fig. 23. ad normam
geometricarum legum construi possit 1. Ex
ferro aut ex quocumque alio metallo ha-
sta elaboretur, ex cuius aliquo puncto e-
rigatur lingula. 2. Jugum sit ansæ inser-
tum, & in duo inæqualia brachia divisum.
3. Brachium minus uno, lance, alioque
modo oneretur, usque dum aut majori æqui-
libretur, aut ab ejus æquilibrio parum de-
ficiat. 4. Pondus, quod ad exploranda alia
pondera (vulgo *Romano*) brachio majori
suspenditur, a centro libræ usque ad ex-

tre-

tremum majoris brachii punctum, ita perdetentim excurrat, ut compertum maneat, quo in puncto 1, 2, 3, 4, &c. e libris in lance collocatis respondeat. 5 Nota aliqua distinguatur punctum, in quo pondus brachio majori suspensum æquilibrium obtineat cum 1, 2, 3, 4, libris in lance constitutis. Hisce conditionibus adhibitis constructa erit ad severiores staticæ leges statera romana. Haud assimiliter statera empyrica, seu communis construetur; cum hoc tamen discrimine, quod cum in geometrica hastæ, seu scapi crassities continue decrescit ab una extremitate ad aliam, talique ratione imminuitur, ut cum æquipedium unius libræ, aut dimidiæ poniatur medium inter C, & 1, fiat æquilibrium æquipondii ex parte B, & lancis cum suis catenulis ex parte A, in Empyrica seu communi statera tota hastæ crassities æqualis ubique est.

CCCCLXVII.

Ex descripta stateræ constructione constat eam esse vectem primi generis. Posita quippe varia ab hypomochlio distans variam velocitatem æquipondium acquirit, quæ necessaria est ad æquilibrium cum pondere opposito; adeo ut æquipondio

H h b

e. g.

e. g. ad distantiam triplicem posito cum, pondere triplo majore æquilibrabitur. Hinc stateræ artificio fieri posset, ut corpus, cuius massa = 10000 in æquilibrio maneat cum æquipondio unius libræ, semel ac ista a stateræ centro distent in ratione inversa massarum; idest si distantiae sint reciproce inter se, ut massæ, seu pondera.

CCCCLXVIII.

Quamvis incredibilis utilitatis sit statera romana, ut ingentia pondera expolentur: dum vero agitur de exiguis ponderibus examinandis, fallax plerumque esse solet, nec ita facile fraus detegi potest; quapropter advertit Wolfius in hisce parvis ponderibus examinandis e vita communi eam proscribi oportere.

C A P U T V.

De Axe in Peritrochio.

CCCCLXIX.

AXIS in Peritrochio machina quædam, est ligneo cylindro instructa, qui duobus fulcris tamquam polis ex utraque parte innititur, ut facilius rotari possit. Huic cy-

cylindro applicatnr rōta , quā grāce *Peritrochion* dicitur ; rōta autem vertitur rādiis quibusdam , qui scytalē nūncupantur . Cylindro circūmagit funis , & corpus elevandum assigitur funi , quem dactōrum nūncupant ; propterea quia a potentia rotæ scytalis admota , ipsa pene dixerim ducente , pondus attollitur . Talis est machina , quam *fig. 1. tab. 4.* adumbrat . Cylindrus est C , qui rotæ R inseritur . Fulcri , circa quāe cylindrūs vertitur sunt A,B . Scytalē vero sunt baculi a , b , c , d , e . Hęc machina , si diligenter expendatur , vēctem exhibet perpetuum primi generis . Quod , ut explicatiū innotescat , sectio cylindri sit circulus a , d , b , *fig. 2. tab. 4.* ipsius cylindri basi parallelā ; ita ut a puncto x centrum constituatur , cui immoto cylindrus ipse involvitur . Scytalē sint Ab , Bd , Ga , Dz . Ex puncto a pendeat pondus P . Hisce constitutis patet potentiam admotam scytalē Ab , una cum puncto a , in quo vim suam totam exerit corpus P , circa immobile punctū moveari ; non secus ac si linea A a esset vectis , cuius hypomochlium in puncto x existeret . Itaque cum idem contingat , dum scytala Ab , detrusa in punctū D , per arcum AD , altera Bd ejus loco sufficitur , consequitur ab axe in peritrochio vectem pri-

H h h 2 mi

mi generis perpetuum feliciter adumbrari.

CCCCLXX.

Cum igitur distantia potentiae extre-
mo scytalæ puncto admotæ a centro mo-
tus , sive fulcro x sit longitudo scytalæ ,
una cum parte cylindri , cui scytala ipsa
in directum jacet , idest recta $A x$; di-
stantia vero ab eodem puncto x corporis
P elevandi sit semidiameter cylindri , idest
recta $x a$, quæ a centro x , usque ad pun-
ctum suspensionis excurrit ; eo magis vis
potentiae augebitur , quo & longior erit
scytala , & angustior cylindrus .

CCCCLXXI.

Æquilibrium autem in hac machina
habebitur , si potentia erit ad resistentiam ,
ut semidiameter cylindri , ad semidiame-
trum cylindri simul , & longitudinem scy-
talæ .

CCCCLXXII.

Quandoque loco scytalarum adhibetur
manubrium . Quandoque loco peritrochii
adhibentur dumtaxat scytalæ , nt in fig. 3.
tab. 4. Quandoque denique adhibetur lo-

co

eo rotæ ingens tympanum latam peripheriam habens, in cuius parte cava homo incedens tympanum, & una cum eo a-
xem vertit. Machina hæc speciatim *Ge-
ranium* vocatur.

CCCCCLXXIII.

Si axis statuatur ad horizontem perpendicularis, ut in *fig. 4. tab. 4.*, tunc machina vocatur *Ergata*, Italice *Argano*: si autem axis horizontaliter sit constitutus, ut in *fig. 1. & 3.*, tunc italice vocatur *Bulghero*, seu *Burbera*.

CCCCCLXXIV.

Cavendum est in hac machina ne du-
ctorius funis in spiras conglomeretur; hinc
etenim cylindrus evadit crassior; & pon-
deris, a centro motus distantia, ejusque
vis, ac momentum augetur. Ad hujus
machinæ speciem referuntur rotæ illæ, qua-
rum palmulæ decurrentibus aquis immer-
guntur, vel a vento, una cum infixo cy-
lindro circumvolvuntur: uti sunt rotæ mo-
tæ in tendinorum, in quarum prominentes pa-
mulas aqua incidens, vel ventus perflans
inferrum cylindrum circumagit.

CA.

C A P U T V I.

De Trochleis.

CCCCLXXV.

MAchina, quæ una, vel pluribus rotulis, aut circulis peripheriam excavatam habentibus circa suum axem mobilibus constat, Trochlea dicitur. Hæc tam pro variis, in quas dividitur speciebus, varia sibi vindicat nomina. Alia enim *Monospastos* primi generis, alia *Monospastos* secundi generis, alia *Dispastos*, alia *Trispastos*, alia denique *Polipastos* nuncupatur.

Monospastum primi generis est Trochlea C fig. 5. tab. 4. ex una constans rotâ lignea aut metallica, capsulæ inclusa, quæ circa axiculum revolvitur, & peripheriam excavatam habet, per quam circumvolvit funis ductorius, cuius extremitati adnectitur pondus p, alteri vero adhæret potentia P, & capsula immobili loculamento vel unco, aut clavo suspeditur. Cum ex istius Trochleæ artificio fiat, ut tum actio potentiarum P, tuum ponperis p vis æqualiter a motus centro distent, æquale spatium, æquali tempore conficere debent tum potentia tum pondus;

dus; ideoque celeritates utriusque sunt semper æquales. Hinc istiusmodi Machina inepta est ad Potentiae vim augendam; efficit tamen ut potentia movens, & a totius corporis gravitate juvetur, & in commodiorem directionem nitatur.

Cum in hac immobili Trochlea in P sit Potentia, in p sit resistentia, atque in C sit fulcrum, seu Hypomochlium: medium nempe inter Potentiam, & resistentiam, hinc ad vectem primi generis reducitur.

CCCCLXXVI.

Monospastum secundi generis fig. 24.
tab. 3. hoc habet discriminis cum priori, quod Trochlea non est affixa immobili clavo aut loculamento; sed simul cum pondere ascendit, & descendit. Extremarum partium ductorii funis F, A: una clavo aut paxillo F immobili commendatur, alteri ad. movetur Potentia P.

Ab hoc Monospasto vectis secundi generis adumbratur, in quo a rotulae diametro A D vectis longitudo, a puncto A hypomochlium, a centro C pondus p, a punto D Potentia P exprimitur. Hinc cum distantia Potentiae a centro motus sive fulcro sit semper duplo major ponderis distantia ab eadem punto, ope istius Machi-

chinæ vis potentiae constantissime duplatur. Quapropter potentia = 4 sustinebit pondus = 8, elevabitque pondus = 7, & vincetur a pondere = 9. Itins vero Machinæ usum difficillimum reddit directio verticalis, ad quam sese componere debet potentia.

CCCCLXXVII.

Dispositum est Trochlea duabus rotulis coalescens tab. 4. fig. 6. 7., & 8. quarum una A B immobili, altera a b mobili loculamento affigitur. Funis ductorius utrisque circumvolvit. Extremæ funis parti, quæ immobili Trochleæ correspondet, adinovetur Potentia. Pondus autem ex mobili rotulae loculamento pendet. Iстius Machinæ auxilio vis potentiae duplo major evadit. Cum enim pondus p non possit a rotula a b attolli in x, quin eodem tempore Potentia P per duplum spatum descendat: nimirum per D a b B, celeritas potentiae P est in ratione dupla ad celeritatem ponderis p; sed duplata celeritate duplatur vis ac momentum; itaque sustinendo ponderi p par erit Potentia P, si haec sit in ratione ejus subdupla. Si vero sit plus quam subdupla: pondus elevabitur; superabitur autem a pondere, si sit

sit minus quam in ratione subdupla.

CCCCLXXVIII.

Cum plures Trochlearē artificiose adhī-
bentur, quarum una sit alligata clavo, a-
liæ vero omnes pendentes, & mobiles sunt,
corumque funis duxtorius una ex parte
ponderi conjungitur, in altero vero sui
extremo, vel loculamento alterius Trochlearē,
vel ponderi conjungitur, *ut in fig. 25,*
tab. 3. vel omnes ex peculiari fune pen-
dentes, cujus una pars ad immobilem un-
cum adhærescit, altera altioris, ac pro-
pioris circuli loculamento affigitur, tunc mi-
randum in modum augetur Potentia, &
quo plures fuerint Trochlearē mobiles, eo
magis augetur. Machina vero hæc *Poli-*
lispastii compositi nomen obtinuit. In hac
vero tot vicibus duplatur Potentia, quot
sunt rotulæ inobiles, ex quibus compin-
gitur. Quapropter Potentia = 1, quæ ope
primæ rotulæ mobilis evadit = 2, ope se-
cundæ fit = 4, ope tertiae fit = 8, & ita
deinceps. Incrementum ex eo promanat,
quod corpus elevandum dimidia sui pon-
deris parte ab unaquaque rotula orbatur,
Corporis enim P pendentis ex rotula A di-
midium tantum pondus sustinetur a rotu-
la B, & idem in reliquis rotulis conti-
netur.

Iij

git,

436

git. Ex quo constat in hujusmodi polispasto regulam æquiparandi Potentiam, & Resistentiam esse: ut Potentia tot vices superat resistentiam, quot sunt numeri chordarum, vel Trochlearum mobilium ducti inter se.

CCCCLXXIX.

Aliud *Polispasti* genus habemus *tab.*
4. *fig. 9.* si rotulae in duas veluti classes dividantur; superiores scilicet ac inferiores, quibus unicus funis circumvolvit. Superiores nempe A B, a b, e d simul coniunctas, quas sustinet immobile loculamentum D, & inferiores videlicet G H, m n. y z, quæ simul elevantur una cum loculamento mobili N ac pondere M. Hoc *polispasti* genus illud affert Potentiae incrementum, quod rotularum, quas complectitur numero respondet; ita ut si quadrupla, si quinque quintupla, si sex sextupla evadat, & sic deinceps. Hinc si quis velit invenire quanto ponderi operi hujus *Polispasti* par sit potentia, numeret orbiculos, ex quibus constat; comperto enim illorum numero, productum dabit incrementum Potentiae. Hoc enim ex spatio consequitur, quod metiri debet Potentia, quod quadruplo, quintuplo, sextuplo &c.

ma-

majus debet esse eo , quod eodem tempore
pondus conficere debet .

C A P U T VII.

De Rotis dentatis .

CCCCLXXX.

Rotæ , quarum extimus ambitus , seu perimeter sulcatur atque in intervala æqualia dividitur , quorum prominentiæ *dentes* nuncupantur , dehiscentia intervala *cavitates* . Rotæ dentatæ nuncupantur ; quæ quidem si plures sint atque ita conjungantur , ut dentes unius rotæ indentatum alterius rotæ axiculum inferantur , machinam exhibent , quam Pancratium aut Glosocomum vocant Mathemati ci . Iltius generis est machina , quam fig . 10. tab . 4. reprehesentat , in qua Potentia motrix manubrio recurvo versatili applicatur , axis primæ rotulæ cum secundæ rotæ dentibus committitur : dentes axis rotæ secundæ dentibus rotæ tertiae inferuntur , usque ad rotam postremam , cuius axi , & curriculo tympanum adnectitur , cui annexus funis circumvolvitur , ei que pondus alligatur , ut , cum Potentia manubrium circumagit , pondus , attolli debeat .

Ad

CCCCLXXXI.

Ad statuendum in hac machina æquilibrium & æquiparandam potentiam cum resistentia regula hæc erit. Numerus dentium cuiusque rotæ dividatur per numerum dentium axis rotam volventis, & numerus quotus dabit velocitatem rotæ. Productum autem horum omnium quotorum dabit velocitatem potentiae, seu Machinæ. Quare tunc dabitur æquilibrium, cum resistentia fuerit ad potentiam, ut horum quotorum produceturum est ad unitatem. Quod si potentia non immediate fuerit axi applicata, sed axis longo manubrio vertatur, tunc productum illud ducendum erit in eum numerum, quo longitudo manubrii superat axis semidiametrum. Sit itaque Paneratum descriptum ex quatuor axibus cum suis rotis dentatis compositum. Si manubrium DC, cuius extremitati D potentia applicatur, decuplo longius supponatur semidiametro rotulae A, erit quidem velocitas potentiae decuplo major ejusdem rotulae velocitate. Sit præterea in altero axe rota major O, quæ dentes habeat decuplo plures, quam prior A; ita ut decies sit revolvenda rotula A, antequam dentibus rotæ O successive apprehensis.

fis possit semel converti rota O . Eademque axi infixa sit rotula H æqualis A , quæ eodem tempore circuitum suum abolvat , quo major rota O . Respondeant similiter dentes rotæ N in decupla ratione dentibus rotulæ H ; ita ut decies revolvi debet H antequam semel rota N revolvatur , & antequam semel quoque rotula E eadem axi infixæ & æqualis rotæ A convertatur . Pariterque rota M decuplo plures dentes habens quam E , nonnisi semel revolvitur cum suo axe , & cylindro CB ejusdem amplitudinis ac rotula A , postquam rotula E decies conversa est . Ex cylindro CB mediante fune penderet pondus P , quod in ejusdem cylindri evolutione sursum attollitur . Est itaque potentia in manubrio applicatae velocitas ad velocitatem primæ rotulæ A in ratione decupla , sive ut 10 ad 1 , tum velocitas rotulæ A pariter decupla velocitatis rotulæ O , seu ut 10 ad 1 : præterea velocitas H velocitatis N adhuc decupla , seu ad velocitatem N ut 10 ad 1 , ac tandem velocitas E ad velocitatem N & velocitatem cylindri & ponderis P ut 10 ad 1 .

CCCCLXXXII

Igitur erit ex aequo ordinate potentiae in D velocitas ad ponderis P velocitatem

tem ut 10000 ad 1; & ideo hujus machinæ ope vis potens elevare unam libram, 10000 libras poterit attollere, & si axes & rotulae multiplicentur, tot cifræ addendæ erunt, quæ numero axium respondeant. Ex quibus consequitur hujus machinæ auxilio incrementum propemodum infinitum ad potentiam posse accedere. Hinc a vero forsan non aberravit Cl. P. Schottus in sua Magia Thaumaturgica Cap. 1. qui calculo ostendit fore ut totus terraqueus globus, et si aureus esset, a pondere 125 librarum elevetur semel ac machina istiusmodi ex 25 grandioribus rotis confecta adhibeatur. Aliquando hoc machinæ genus invertitur, cum nempe non magnis potentiae viribus indigemus, sed magna tantum velocitate rei movendæ; tunc enim applicatur potentia ubi solet pondus collocari, & res velociter movenda ponitur loco potentiae; ita si in descripta machina potentia rotam M moveret, decies millies velocius moveretur manubrium DC, & res quælibet in ejus termino posita.

CCCCLXXXIII.

Quemadmodum proportio inter numerum dentium rotarum, & numerum dentium axiculorum ostendit nobis in Pancratio

tio æquilibrium inter resistentiam & potentiam ; ita etiam idem æquilibrium eruere poterimus , si comparemus radios singularum rotarum ad radios axium earumdem . Si igitur pondus resistentiae ducatur in factum ex radiis axium , & productum dividatur per factum ex radiis rotarum , reperietur potentia , quæ talis resistentiae pondus poterit sustentare . Quod si e contra potentia ducatur in factum ex radiis rotarum , & productum dividatur per factum ex radiis axium , prodibit pondus , quod sustentari potest .

Scholium .

CCCCLXXXIV.

Ut peripheria rotæ in numerum aliquem determinatum dentium dividatur , numerus hic geminetur oportet , & in tot partes dividatur peripheria rotæ : ita ut , si 30 dentes in rota velimus , in partes æquales 60 dividenda erit circumferentia rotæ ; nam inter singulos dentes spatiū vacuum dari debet æquale denti , ut dens alter infra dentes inseratur . Advertendum est autem , ne dentes in suis extremitatibus desinant in acumen , nec extremitates æquales basibus habeant , sed curvæ sint figuræ & proprie-

priæ, illius quam epicycloidalem appellant, ut minimus determinetur affrictus. Data vero diametrio rotæ, dataque etiam diametro axis, quoties innotuerit numerus dentium rotæ, statim innotescunt etiam dentes tribuendi axiculo. Diameter e. g. rotæ sit = 20, diameter axis = 2, dentes rotæ sint 100, dicatur 20 : 2 : : 100 : x = 10. Tot igitur dentes axiculo tribuantur.

C A P U T VIII.

De Cochlea.

CCCCLXXXV.

Cochlea duabus partibus constat, quarum prima cochlea exterior, seu cochlea *mas* appellatur: alia cochlea interior, seu cochlea *femina*, vel italice *madre vite* dicitur. Primam constituit cylindrus in helicis speciem sulcatus; hanc solidum quoddam ita intus cylindrice excavatum, ut istius cavitates prominentes illius spiras perfectissime excipient.

CCCCLXXXVI.

Istiusmodi machina ad comprimenta æque ac elevanda, seu movenda corpora.

non mediocri potentiae comprimentis aut
elevantis incremento adhibetur. Crescit
autem potentia ea ratione, qua crescit spa-
tium ab ip'sa in cochleæ conversione consi-
ciendum, supra spatium, quod eodem tem-
pore comprimendum aut elevandum corpus
percurret. Quapropter cum spatium per-
currendum a potentia sit circulus, qui de-
scribitur a punto, cui potentia adinovetur;
spatium vero eodem tempore devorandum
a corpore seu resistentia sit intervallum,
quod duæ propiores spiræ complectuntur.
eo magis crescit potentia, quo major est
ratio circuli a potentia movente descripti
ad duarum spirarum intervallum, quod
eodem tempore percurrere debet compri-
mendum atque elevandum corpus.

CCCCLXXXVII.

Quantam autem, ob proportionem ad-
ductam, vim habere poslit cochlea, præter
vulgaria experimenta, vel illud documen-
to sit, quod Jeremias Lersonus Nobilis Ar-
chitectus, positis cochleis sub quatuor pa-
rietibus turris S. Laurentii in Urbe Rote-
rodami, ingentem Turrem aliquot palmos
e Terra elevarit, ut fundamenta vetustate
penitus collapsa de novo jacerentur.

K k k

Hinc

CCCCLXXXVIII.

Hiuc in hac machina æquilibrium habetur inter potentiam, & resistentiam, si resistentia est ad potentiam, ut longitudo manubrii ad distantiam inter duas spiras. Data quippe longitudine manubrii, & consequenter peripheria circuli a movere potentia describendi, & ejusdem potentiae vi, atque duarum helicium a pondere percurrendarum distantia, invenietur pondus æqualis momenti, si fiat ut distantiae helicum valor ad peripheriam, ita momentum potentiae ad momentum ponderis quæsitum. Sit e. g. distantia helicum = 3 peripheria circuli describendi = 157, vis potentiae motentis = 30; quartus numerus proportionalis: idest 1570, exhibebit pondus æquans potentiae momentum.

CCCCLXXXIX.

Hinc si ratio distantiae helicum ad peripheriam circuli a movente potentia describendi sit minor ratione potentiae ad pondus, a potentia ne dum sustinebitur, sed elevabitur etiam & comprimetur pondus. Præstat itaque ut cochleæ spiræ sint spissiores, & punctum, cui potentia admovetur,

a co.

a cochleæ centro plurimum distet; sic enim efficitur, ut & spirarum distantia decrecat, & circuli peripheria augeatur.

CCCCXC.

Archimedes cochleam rotæ dentatæ applicandam adinvenit, quæ a suo auctore cochlea Archimedea infinita seu perpetua dicta fuit, quia sine fine circumagit. Rotæ itaque dentate *tab. 4. fig. 11. E*, quæ cylindro HH adnexa est, applicetur cylindrus BD cum spiris, ut cochleam imitetur: vertendo manubrium CB, spiræ cochleæ movebunt dentes rotæ, atque ita pondus P attolletur. Incrementum potentiae ex hac machina exhibetur a distantia potentiae a cochleæ centro ducta in numerum dentium rotæ: quod productum, si addatur in valorem potentiae, ipsius momentum expri- met. Ut itaque ope cochleæ perpetuæ æquilibrium habeatur inter potentiam & pondus, potentia debet esse ad istud, ut semidiameter b a axis rotæ ad semidiametrum, seu longitudinem manubrii BC ductam in numerum dentium rotæ. Nam enim potentia in C applicata unicam revolutionem peragit, unicus tantum dens rotæ a cochlea BD promovetur, seu per totam longitudinem spirarum cochleæ pertransit; igitur

K k k 2

u ξ

ut semel circumagatur rota EF , tot deber manubrium circulos complere , quot sunt dentes in rota . Ad unam ergo integrum rotæ revolutionem perficiendam spatium a potentia confectum est , ut factum ex manubrio in dentes rotæ . At dum semel rota EF circumvolvitur , semel quoque rotatur cylindrus HH & funis vertitur circa eundem axem : quapropter spatium a ponde re interea descriptum erit unica funis circumvolutio seu axis semidiameter b a . Ex iis autem , quæ superius demonstrata fuere , tunc vires sunt in æquilibrio , cum potentia & resistentia sunt in ratione inversa celeritatum . Sunt autem in ratione inversa celeritatum , cum potentia est ad resistentiam , ut spatium a resistentia confectum ad spatium eodem tempore a potentia confectum ; potentia itaque in cochlea infinita erit æquilibris cum pondere , si primæ celeritas erit in ratione inversa cum celeritate resistentiæ .

C A P U T IX.

De Cuneo .

CCCCXCI.

Cuneus Machina est lignea , vel ferrea ex duobus planis inclinatis invicem se-

secundum latitudinem conjunctis , Prismatis triangularis speciem referens . Istius usus eo spectat , ut & nodosa ligna , & lapides durissimi facilius sindantur . In cuneo recta BC fig 27: tab. 3. dicitur acies , Parallello. grammum LI Basis, FG latitudo, AB altitudo cunei . Eo plane modo ab hac machina potentiae vires augentur , quo ab aliis hactenus descriptis . Fit enim ut plus spatii sit conficiendum a potentia , quam eodem tempore a discissi corporis partibus . Quod ut dilucidius explicetur : sit cuneus LIF , fig. 28. tab. 3. cuius ope scindatur corpus NM . Constat non posse cuneum in corpus MN immitti , quin eo tempore , quo divulsae partes a b metiuntur spatium a b , a cuneo , ideoque a potentia cuneum agente percurratur spatium a F ; ita ut spatium conficiendum a potentia in altitudine AF trianguli ; spatium vero percurrendum a divulsi corporis partibus in basi ejusdem trianguli exhibeat . Habebitur itaque æquilibrium inter potentiam & resistentiam ope cunei cum potentia erit ad cohesionem partium vindicandam , ut basis cunei ad ejusdem altitudinem ; tunc enim erit P : p : ut LI : AF & consequenter PAF \asymp p LI . Quapropter quo major erit altitudo , atque angustior basis cunei , eo plus incrementi suscipiet potentia . Caurum sit igitur , ne cunei anguli

guli sexaginta , aut plures gradus complectantur ; tanta siquidem anguli latitudine existente cunei basis aut æquat , aut superat altitudinem ; ideoque potentiae celeritas ac vis nulla ex parte juvantur .

CCCCXCII.

Dum ope cunei ligna dividuntur , concipi potest cuneus veluti duplex vectis secundi generis : in quo potentia ex una parte applicata est punto B , resistentia punto E , fulcrum punto F . Ex altera parte potentia est in C , resistentia in D , fulcrum in F . Posset etiam concipi cuneus veluti duplex vectis primi generis si in F resistentiam concipiamus , in E vero , & D duo fulcra duobus vectibus correspondentia .

CCCCXCIII.

Ad cuneum revocatur quidquid in more est penes Artifices , ut ad ligna , lapides , aliaque id genus firmissima corpora scindenda assumatur . Quamobrem cultris , clavis , dolabris , securibus , aratro , scalpro , gladiis etc. Cunei nomen jure potest accenferi , quæ a varia figura , & vario modo quo applicantur , variam velocitatem accipiunt ac momentum .

CA-

C A P U T X.

De Plano inclinato.

CCCCXCIV.

Planum inclinatum, quod ad mechanicas machinas annumeratur, est solidum quoddam ad trianguli speciem ita elaboratum, ut ex ea parte, qua ab horizonte asurgit, angulum rectum, ex alia vero, qua ab horizonte recedit angulum acutum constituat. Iстiusmodi est solidum APm fig. 29. tab. 3.

CCCCXCV.

Sustentandis, trahendisque in altiore locum corporibus aptissima est hæc machina; eaque ratione potentiae vires auget, qua efficit, ut sustinendi elevandive corporis momentum imminuatur. Dictum est si quidem, dum de corporum descensu per plana inclinata sermonem habuimus, corporum per istiusmodi plana descendantium momentum in duas veluti partes dividi, quarum una tota quanta est a resistenti plano eliditur, altera vero in descensum incumbit,

bit. Cum vero momentum hoc, quod partiale, ac respectivum nuncupavimus, eo magis decrescat, quo plus altitudinis plano ipsi detrahitur, consequitur, istius machinæ auxilio fieri posse, ut ingens pondus a minima potentia, ne dum sustentetur, verum etiam in editissimum locum facile attollatur. Ut itaque a potentia quavis pondus sustentetur plano inclinato impositum, eadem debet esse ratio potentiae ad pondus, quæ est altitudinis ad plani longitudinem; itaut si altitudo sit = 8, longitudo = 24, potentia sit oportet = 4, pondus vero = 12.

CCCCXCVI.

Quod si ratio altitudinis ad longitudinem minor est ratione potentiae ad pondus, pondus nedum a potentia sustinetur, verum & elevatur. Datis itaque longitudine, altitudine plani, ac potentia, in quarto proportionali pondus invenies potentiae aequans momentum; sic si plani altitudo sit = 4, longitudo = 16, potentia = 30, quartum proportionale: idest 120, exprimet pondus, quod potentiae momento respondeat.

Ce-

Cæterum in hac etiam machina lex illa locum habet, seu causa, qua sit ut momentum potentiae augeatur: nimis P : p = c : C. Sit enim in plano inclinato *fig. 29. tab. 3* A: impositum pondus P sursum trahendum a potentia y. Porro non potest ascendere pondus P per spatium P e ad altitudinem ex, quin potentia y descendat per spatium m n, æquale spatio P e, per altitudinem n m, quæ cum major sit altitudine ex, consequitur celeritatem initialem potentiae in a jorem esse celeritate ponderis, & quidem ea prorsus ratione, qua pondus potentiam superat. Nam cum n m, a qua exprimitur celeritas potentiae, sit æqualis P e: id est longitudini plani inclinati, minor vero ex, a qua adumbratur initialis ponderis celeritas, hæc tantum deficit a P e, quantum superatur a linea n m.

De Recto Machinarum usu , & obsta-
culis ad Calculum reducendis .

CCCCXCVIII.

QUÆ hactenus de Mechanicis machinis differuimus meram respiciunt theo- riam . Quod vero pertinet ad praxim su- persunt plura consideranda , quæ variis motus obstaculis in usu machinarum occur- rere solent . Quoniam igitur in ponderibus attollendis duo semper occurruunt : potentia scilicet i& resistentia , dę utraque breviter differamus oportet .

CCCCXCIX.

Potentia , aut animata est , aut inani- mata : prima est , vel homo , vel brutum ; secunda vero constituitur , vel a ponderibus appensis , vel aqua , vel aere , vel igne . Cum fluidum aliquod pro potentia adhi- bemus , peculiaris requiritur machinæ con- structio , quam suis in locis trademus . Illud modo notasse sufficiat cum Cl. D. de la Caille , quod ubi fluida incursu suo in su- perficiem aliquam planam , eam movendo

agun-

agunt, nonnisi $\frac{1}{7}$ partem suæ vis absolute

exerant. Ut si v. g. vis aquæ incurrit
tis in planum immotum æstimetur centum
librarum; ubi planum jam conceperit mo-
tum, aquæ actio 15 libras hand excedat.

D.

Quod autem pertinet ad homines, &
bruta, sciamus oportet homines, & bruta
potentias, quæ non semper agunt eadem
vi, saltem si maxima, qua agere possunt,
utantur. Habenda est enim ratio tam tem-
poris, quam spatii. Dum enim homo vim
horizonti parallelam exercet, & laborem
per plures horas sustinere debet, nonnisi
pondus 25. librarum hollandicarum trahere
poterit, atque unius horæ spatio percur-
rere pedes parisienses 12000. Nam si pon-
dus 30. librarum per idem spatum sustin-
nere, aut trahere deberet, brevi ejus vi-
res deficerent. Effectus igitur hominis
vel manubrio axem in peritrochio rotan-
tis, vel ductorio fune in trochlea circum-
vulato pondus aliquod elevantis, exprimi
poterit per factum ex 12000 in 25 = 300000
Quo posito determinari poterit spatiun,
quod homo trahens, sustinens, aut impel,

lens aliquod pondus describere poterit. Sic enim pondus datum librarum 10000. Fiat hæc proportio 10000 : 25 :: 12000 : X = 30; homo itaque, qui pondus 10000 librarum impellere debet, non nisi per pedes 30 illud urgebit.

DI.

Equorum vis muscularis, ut plurimum septuplo major est ea hominum. Quapropter poterit horizontaliter equus trahere, aut urgere pondus librarum 175 per horas tres circiter, percurrente spatiuum pedum parisiensem 12000 absque eo, quod ejus musculares vires defatigatae flaccescant. Quando itaque potentia animata vel homines, vel equi arietii machinæ mechanicæ applicatur, ejus vires modo superius descripto sunt computandæ.

DII.

Præter potentiam, quæ in aliquibus machinis juxta legem superius stabilitam est necessaria; aliæ adhuc impendendæ sunt vires superandis variis motus obstatulis in usu machinarum occurrere solitis. Hujusmodi obstatula sunt potissimum rigiditas, & resistentia funium, qui inflecti debent, & adfrictus.

Quo

Quod ad primum obstaculum attinet: eo magis resistunt funes inflexioni suae, quam cylindro cuiuspiam aut trochleæ circumvolvuntur, quo majori pondere tenduntur: deinde quo sunt crassiores; denique quo minor fuerit radius trochleæ aut cylindri, cui circumvolvuntur. Quamvis autem perdifficile admodum sit constantes definire regulas, quibus impedimentum eruitur, quod funium rigiditas machinarum motui affert, tamen communiter Mechanici solent conquiscte legi, quam statuit Ambrotonius, quæque postea experimentis accuratius a Desagulietio repetitis confirmata fuit, atque a Clarissimo Bellido, in Architectura Hydraulica adoptata est semper resistentia funis in circumactione eiuspiam trochleæ, aut cylindri æquatur.

¹ parti ponderis illius, quo funis tenditur.

³² multiplicatae per numerum linearum, quas diameter funis complectitur, divisæ per numerum digitorum in radio trochleæ, aut cylindri contentorum.

Sic

DIV.

Sit enim funis circumvolvatus alicui
trochleæ, aut cylindro. Tendatur funis pon-
dere ≈ 256 libris. Sit funis diameter \approx
 8 lineis, & radius trochleæ, aut cylindri
 ≈ 2 digitis, juxta præscriptam regulam e-
rit resistentia funis, ac proinde etiam po-
tentiae pars ad eam elidendam necessaria.

$$\approx \frac{256}{32} \times \frac{8}{2} \text{ libris} \approx 32 \text{ libris.}$$

DV.

Hinc, si manentibus reliquis, ponamus
radius trochleæ, aut cylindri non duo-
rum, sed octo digitorum, erit resistentia

$$\text{funis} \approx \frac{256}{32} \times \frac{8}{8} \text{ libr.} \approx 8 \text{ lib. Quo igi-}$$

tur trochlea, vel cylindrus habent diamé-
trum ampliorem, eo resistentia funis di-
minuitur.

DVI.

Hinc præterea si funis ponatur tenii-
tor, cuius diameter e. g. sit tantum qua-
tuor linearum, abduc minor erit resistentia
fit-

funis : scilicet erit $\equiv \frac{256}{32} \times \frac{4}{8}$ lib. $\equiv 4$
lib.

DVII.

Præter resistentiam ortam ex rigiditate funium, datur & aliud obstaculum motui machinarum, quod a Mechanicis adtritus nominatur. Id autem ex pluribus causis provenire accuratissimi Philosophi demonstrarunt.

DVIII.

i. Nascitur ex asperitate superficierum ; dum nempe superficies corporum, ut perpolitæ videantur, plurimis tum vacuitatibus tum partibus prominentibus constant ; quo sit, ut denticuli isti superficierum in foveas alterius immersi, atque vacuitates ingredientes motum corporum sensim debeant retardare. Hujusmodi obstaculum, quod ab asperitate superficierum nascitur nullis certis legibus subiici potest, cum innumeris fere modis possit variari. Possunt tamen obstacula ex recentia causa prodeuntia aliquantis per imminui, si aliquæ cautiones adhibeantur : nimirum si par-

partes omnes , maxime axes , sint bene edo-
latæ , & politæ . Si præterea partes sin-
gulæ fabrefactæ sint ex corpore satis fir-
mo , & compacto : & foramina in quæ in-
grediuntur axes sint materiæ diversæ . Si
axes rotarum oleo frequenter inungantur,
quo hiatus superficierum , & prominentium
partium intervalla repleantur : aliæque de-
mum cautiones adhibeantur , quas experien-
tia ipsa commendat . Clarissimus Mutchem-
broekius , ut hujusmodi attritum experi-
mentis confirmaret machinam quamdam
excogitavit , quam Tribometrum appellat
tab. 4. fig. 12. In eo est axis calybeus in-
duratus DD , qui per cylindrum metalli-
cum AB transit . Axis in diuersas crassi-
ties dividitur , & pars D est tenuior , pars
autem C est crassior . Cum axis per dis-
cum cylindricum transmittatur imponi po-
test duobus sustentaculis EE *tab. 4. fig. 13.*
in quibus chelonia semicircularia , & sum-
ma accuratione elaborata reperiuntur . Cy-
lindro circuïnvolvit filum , & ex eo pen-
dent duo ponduscula P , Q . Additur cy-
lindro lanx R e nlo pendens , ut explora-
rari possit quantum ponderis addi debeat,
ut cylindrus rotare incipiat , & ex pon-
dere addito eruitur quantitas attritus . Hac
machina varia tentamina fieri possunt ad
explorandam quantitatem attritus , tum in

cor-

corporibus homogeneis, cum etiam in heterogeneis . Experimenta autem a Muschembroekio exequuta ostendunt minorem esse attritum inter corpora heterogenea , quam inter homogenea e. g. inter ferrum & ferrum : minorem in oricalco , & ferro , quam in oricalco , & oricalco . Melius propterea erit , si fieri possit , in partibus machinarum , quarum superficies invicem atteri debent , corpora adhibere heterogenea , quam homogenea : quod profecto servant horologiorum artifices , dum ex calybe , & oricalco eadem construunt , & rotulis dentatis oricalceis axiculum calybum adnectunt .

DIX.

Præterire hic nequimū pulcherrimum inventum Grahami Artificis Britanni , quo in construenda Atvoodi Machina Ramsdem usus fuit : nimirum ut axes non innitantur concavis superficiebus foraminum , sed convexis rotarum , quarum peripherias tangant extrema axis . Sic enim minimus habetur attritus , ut experimenta plurima demonstrant .

DX.

Præter attritum , qui oritur a corporum

M m m

rum superficiebus sese mutuo radentibus ;
 frictionis princeps veluti causa censenda
 est, pondus ipsum corporis. Quo eam pon-
 derosius est corpus, eo profundius hujus
 asperitates cavitates ingrediuntur illius
 superficii, super quam incedit. Cense
 Belidorus in vulgarium machinarum usu
 citra notabilem errorem statui posse, quod
 quantitas adfrictus aequatur tertio parti
 pressionis ; itaut si e. g. Superficies una al-
 teri adprimatur vi = 60 lib. adfrictus inde
 enascens sit = 20 lib. Pro veritate hac con-
 probanda aptius & simplicius experiment-
 um proferri posse haud puto, eo quod a
 Cl. Bylfingero tom. 2. Comm. Acead. Pe-
 tropol. traditum est. Accipiatur Paralle-
 leipedum quodpiam ligneum baseos, qua-
 tenus fieri potest, positae, statuaturque su-
 per piano horizontali itidem polito ; tum
 planum hoc sensim, eo usque inelinetur
 ad diversos elevationis angulos, donec Pa-
 rallelepipedum ipsi incumbens ob fric-
 tions difficultatem tantum non descendat ;
 descenderet vero si tantillum is angulus in-
 clinationis augeretur : qui proinde angu-
 lus quietis apte dici poterit. Teste expe-
 riencia fere tunc incipiet id genus corpus
 piano impositum per declive descendere,
 cum angulus inclinationis cuperit esse ma-
 jor quam 18 grad. 20 min. Quo posito sic

ratiocinari licet. In adsumpto easū si in planū inclinato angulus inclinationis sit graduum 18, 20^l adfrictus cum vi comparativa descensum urgente est in æquilibrio; quia si vel modice augeatur is quietis angulus, jam vis comparativa superabit adtritum, corpusque per planum declive decurset. Adtritus ergo æquatur ei vi comparativæ, qua urgetur corpus ad descensum per planum inclinatum, tunc cum in eo piano angulus inclinationis est grad. 18, 20^l; atqui eo in casu gravitas comparativa descensum urgens æquatur circiter tertiae partis pressionis, seu tertiae parti ejus gravitatis comparativæ, qua planum premitur; adtritus ergo eidem tertiae parti æqualis erit. Sit enim in tab. 4. fig. 14. angulus inclinationis $\angle ACB = 18$ grad. 20^l, erit gravitas comparativa, quæ descensum urget ad pressionem, seu ad eam gravitatis partem, qua planum premitur, ut $AB : AC$. Atqui altitudo AB est circiter tertia pars longitudinis AC, tunc quum angulus ACB, est grad. 18, 20^l. Si enim longitudine AC, sumatur pro radio, altitudo AB erit sinus anguli inclinationis ACB. Sinus autem anguli graduum 18, 20^l æquatur circiter tertiae parti radii, ut ex tabulis constat. Quod si assumatur pro radio planum ipsum, dum horizontaliter jacet; tunc al-

Mmm 2 ti-

situdo AB erit tangens anguli inclinatio-
nis. Tangens autem anguli $18^{\circ} 20'$ posito
radio $\equiv 1000000$, est $\equiv 3313639$, adeoque
æquat tertiam circiter radii partem. Ita
opinantur Amontonius in actis A. R. P.
ann. 1699, & 1703. Eulerus in supplemen-
tis ad Theoriam motus corporum solidorum
& rigidorum. Licet Georgius Iwan in exa-
mine maritimo practico horum theoriæ circa
attritum non acquiescat.

D XI.

Corollarium.

Cum adfrictus per generalem legem
superius allatam sit æqualis tertiae parti

pressionis, seu $\frac{P}{3}$, ut potentia eum adfri-
ctum elidere queat, augenda erit quanti-

tate $\equiv \frac{P}{3}$. Porro ex hoc potentiae augmen-

to nova oritur pressio, adeoque novus ad-
frictus tertiae hujus pressionis parti æqualis,

erit $\equiv \frac{P}{9}$: consequenter potentia ob novum

hunc attritum augeri rursus debet quan-
ti.

titate $\equiv \frac{P}{9}$. Novum hoc potentiae aug-

mentum novam inducer pressionem in serie infinita decrescente. Cumque summa seriei infinitae pressionis sit æqualis dimidiæ totius pressionis parti, hinc in casu quod potentia angeat adfrictum, totus attritus reapse dimidiæ parti pressionis æquabitur. In serie quippe infinita decrescente summa seriei est æqualis termino primo, imminuto ejus denominatore, ea quantitate, quæ æqua-

numeratorem. Sic e. g. In serie $\frac{1}{3} \frac{1}{9} \frac{1}{27}$ sum-

ma erit $\equiv \frac{1}{2}$.

Gorollarium 2.

DXII.

Cum itaque in machinis mechanicis plerumque necessum sit, ut potentia non solum in æquilibrio sit cum resistentia, verum etiam eam movere debeat, hinc tale debet esse ejusdem potentiae augmentum, ut quantitatem attritus valeat elidere. Porro cum quantitas attritus æquetur semper dimidiæ pressionis parti, hinc potentiae ea celeritas adjungi debet, per quam hujusmodi pressionein valeat elidere. Ex regulis superius expli.

plicatis evidenter elucet eo facilius , cæteris paribus , adfrictum elidi , quo superficies attrita minus , & simul quo potentia magis distiterit a motus centro , seu hipomochlio . Hinc e. g. in libra cum axiculus patiatur attritum : quo radius axiculi erit minor & bilancis juga sint longiora , eo pars potentiae ad vincendum adfrictum necessaria minor erit . Idem dicimus de axe in Peritrochio , in quo eo facilius adfrictus superabitur , quo tenuiores fuerint axiculi , in quibus cylindrus circumrotatur , qui que adfrictum patiuntur , & simul quo longior fuerit scytala , cui potentia adplicatur . Nec aliter dicendum est de Trochlea , in qua quo tenuior fuerit axiculus , circa quem giratur trochlea , & simul quo major fuerit radius ejusdem trochleæ , eo facilius attritus superabitur . Sed de Æquilibrio solidorum hæc satis hactenus dicta sint . Nam , quæ ad Hydro-Mechanicam spectant , ob dicendrum rerum nexus tertiae particularis Physicæ Parti opportunius reservamus .

Physicæ Generalis

FINIS.

TA-

T A B U L A I.

Gravitatis diversæ ejusdem corporis in
pluribus terræ locis observatæ.

<i>Nomina locorum.</i>	<i>Latitudi- nes.</i>	<i>Gravi- tates.</i>	<i>Observato- res.</i>
Pelli	66° 48'	100137	Clairaut, Camus, Mö- nier, & Mau- pertuis.
Londini	51° 31'	100018	Graham.
Parisiis	48° 50'	100000	Observato- res omnes.
In Insula S. Dominici	19° 48'	99647	Des Hayes
In Insula S. Dominici	18° 27'	99732	Godin.
In Insula Jamaica	18°	99744	Campobell.
In Insula S. Christoph.	17° 19'	99590	Des Hayes.
In Insula Guadalupa	16°	99533	Varin, Des Hayes, & du Glos.
In Insula Martinica	14° 44'	99533	Des Hayes
In Insula Gorea	14° 40'	99546	Varis, Des Hayes, & du Glos.
			No-

<i>Nomina locorum.</i>	<i>Latitudi- nes.</i>	<i>Gravi- tates.</i>	<i>Observato res.</i>
In Portube.	$9^{\circ} 33'$	99665	Godin.
ii			
In Insula Cayana	$4^{\circ} 56'$	99716 99532	Richerius. Des Hayes.

TAN

T A B U L A II.

Longitudinis penduli ad secunda oscillantis
in præcipuis terræ locis observatæ.

<i>Nomina locorum.</i>	<i>Latitudines</i>	<i>Lineæ lon. Penduli.</i>	<i>Observatores.</i>
<i>Parisiis</i>	$48^{\circ} . 50'$	$440 \frac{3}{5}$	<i>Richerius</i> , & <i>Varin</i> ,
		$440 \frac{1}{9}$	<i>des Hayes</i> ,
		$440 \frac{1}{9}$	<i>du Glos</i> .
		$400 \frac{17}{30}$	<i>Godin</i> ,
		$440 \frac{1}{2}$	<i>Mairan</i> , & <i>Picard</i> ,
<i>Rome</i>	$41^{\circ} . 44'$	$440 \frac{28}{10}$	<i>P.P. Leseur</i> , & <i>Jacquier</i> .
<i>Archangeli</i>	$64^{\circ} . 34'$	$440 \frac{12}{20}$	<i>De la Croyère</i> .
<i>Cairi</i>	$30^{\circ} . 2'$	$440 \frac{1}{4}$	<i>De Chazelles</i> .
<i>Ad caput Insulæ S.</i>	$19^{\circ} . 48'$	439	
<i>Dominici.</i>			<i>Des Hayes</i> .
<i>Ad parvam Goavam in</i>	$18^{\circ} . 27'$	$439 \frac{3}{8}$	<i>Godin</i>
<i>Insula S.</i>		$439 \frac{1}{3}$	<i>Bouguer</i>
<i>Dominici.</i>		$449 \frac{7}{30}$	<i>De la Condamine</i> .
<i>In Ins. S.</i>	$17^{\circ} . 39'$	$438 \frac{3}{4}$	<i>Des Hayes</i> .
<i>Christoph.</i>			
		<i>N n n</i>	<i>No.</i>

468

*Nomina Latitudi. Lineæ lon. Obserua.
locorum. nes. gitudinis tores.
penduli.*

<i>In Ins.Gua.</i> 16° .	$438\frac{1}{2}$	<i>Varin Des Hayes , du Glos .</i>
<i>Ad S.Petr:</i> $14^{\circ} . 44'$	$438\frac{1}{2}$	<i>Des Hayes ,</i>
<i>in Martin.</i>		<i>Varin des Ha- ges,du Glos .</i>
<i>Goreæ .</i> $14^{\circ} . 40'$	$438\frac{5}{9}$	
<i>In Portu Beli .</i> $9^{\circ} . 33'$	$439\frac{7}{89}$	<i>Godin</i>
<i>Panamæ .</i> $8^{\circ} . 35'$	$439\frac{7}{90}$	<i>Bouguer .</i>
	$439\frac{1}{5}$	<i>Godin, Bouguer de la Condami- ne .</i>
<i>In Insula. Cayenna.</i> $4^{\circ} . 56'$	$438\frac{1}{2}$	<i>Des Hayes .</i>
<i>Punta Pal- mar .</i> latitudin.M.	$438\frac{96}{100}$	<i>De la Conda- mine ,</i>
<i>Rioiamæ .</i> $9'$	$438\frac{82}{100}$	<i>Bouguerius .</i>
		<i>Condaminius .</i>
latitudin.M.	$438\frac{93}{100}$	
<i>In Urbe Quito .</i> $25'$	$438\frac{82}{100}$	<i>Bouguerius .</i>
		<i>Condaminius</i>
latitudin.M.	$438\frac{84}{100}$	

TA-

T A B U L A III.

*Longitudinis Penduli a D. Maupertuis calculo deducetæ ex newtoniana regula,
qua longitudines pendulorum determinantur in ratione quadrati sinus
latitudinis locorum.*

Latitudines Locorum	Acceleratio Horologii sive gulis revolutio-	Lineæ & earum millesimæ proportionibus fixarum.
5°	1'6	0, 016
10°	6'4	0, 065
15°	14'3	0, 145
20°	24'9	0, 254
25°	31'1	0, 387
30°	53'3	0, 542
35°	70'2	0, 713
40°	88'1	0, 896
45°	106'6	1, 084
50°	125'1	1, 273
55°	143'1	1, 455
60°	159'9	1, 626
65°	175'1	1, 781
70°	188'3	1, 915
75°	198'9	2, 023
80°	206'8	2, 103
85°	211'6	2, 152
90°	213'2	2, 196

N n n 2

AD.

A D D E N D A.

In §. 374 Revolutiones periodicæ Planetæ Herschel consulto fuere omissæ, cum observationum series diuturnior ad calculum satis accuratum desideretur. Hæ autem communiter in Ephemerid. Astronom. designantur hoc modo.

Revol. trop. ann. 83 dieb. 52. hor. 3.

Revol. syn. ann. 1 4 16 31' 46'

Revol. sid. ann. 83. 150 18

IN:

A011461270

INDEX

**PRIOR NUMERUS PARAGRAFUM, ALTER,
PAGINAM DESIGNAT.**

PHYSICA GENERALIS.

A d Physicam Experimentalēm Isagoge.	pag.
Quid in Physica sit Phænomenon, quid Observatio, quidque Experimentum.	1.
De regulis philosophandi.	10.
Quid in experimentis conficiendis observandum, quidve cavendum.	12.
	176

SECTIO PRIMA

IN QUA DE CORPOREALIUM RERUM PRINCIPII.

CAP. I. Exhibentur de Corporum compositione mechanica principia 1.	25.
Scholion 2.	26.
Quid de principiis corporum mechanicis seruit Cartesius 4.	28.
Exponitur Newtoni opinio de principiis corporum 5.	31.
Scholion 6.	32.
Quid Nescianus, Et Comes de Buffon sine opinati 8.	35.
Scholion 17	45.
CAPUT II. De Corporealium rerum origine 21.	49.
Theoria Thomæ Burnet 22	50.

Nan.

Theor.

<i>Theoria Wilhelmi Whiston</i>	23.	53.
<i>Theoria Woodwardi, & Scheuhzeri</i>	28.	56.
<i>Leibnitii Theoria</i>	28.	59.
<i>Theoria Comitis de Buffon</i>	30.	62.
<i>Theoria Joannis Whitehurstii</i>	40.	77.
<i>Theoria Wallerii</i>	42.	82.
CAPUT III. De sensibilibus, seu chemicis corporum principiis	49.	90.
<i>Scholion</i>	60.	100.
<i>Animadversio</i>	64.	108.
<i>Corollarium</i>	65.	109.
CAPUT IV. De varia corporum figura	66.	109.
<i>Corollarium primum</i>	74.	114.
<i>Corollarium secundum</i>	75.	ibid.
<i>Scholium</i>	76.	115.
CAPUT V. De mirabili subtilitate partium corpora componentium	77.	116.
CAPUT VI. De corporum porositate	85.	125.
<i>Scholium primum</i>	98.	336.
<i>Scholium secundum</i>	99.	ibid.
<i>Corollarium</i>	100.	338.
CAPUT VII. De corporum attractionibus & cohaerentia	101.	339.
<i>Experimenta desumpta ex fluidis homogeneis vel heterogeneis</i>	107.	349.
<i>Corollarium primum</i>	113.	145.
<i>Corollarium secundum</i>	114.	146.
<i>Corollarium tertium</i>	115.	ibid.
<i>Scholium primum</i>	116.	147.
<i>Scholium secundum</i>	117.	148.
<i>Experimenta desumpta ex cohesione corporum levigatorum</i>	118.	150.
<i>Animadversio</i>	121.	158.
<i>Experimenta desumpta ex fluidis cum solidi: comparatis</i>	123.	164.
		<i>Scho-</i>

<i>Scholium primum</i>	125.	156.
<i>Scholium secundum</i>	126.	<i>ibid.</i>
CAPUT VIII. <i>De attractione electiva, & chemica corporum proprietatibus. De affinitatibus</i>	127.	158.
<i>Antinadversio</i>	132.	162.
<i>Scholium</i>	133.	164.
<i>De solutionibus, & crystallisationibus</i>	136.	166.
<i>De Precipitatione</i>	149.	174.
<i>Scholium</i>	153.	177.

SECTIO II. MECHANICA MOTUS

CAPUT I. <i>Præmittuntur Neutonianæ leges seu conservationis naturæ, atq[ue] adjuncta motus localis exponuntur</i>	164.	183.
<i>Quid sit spatium, & quæ spaci mensura</i>	167.	183.
<i>Animadversio</i>	168.	191.
<i>Quid tempus, ejusque mensura</i>	169.	192.
<i>Animadversiones</i>	170.	193.
<i>Exponitur quid sit celeritas</i>	171.	196.
CAPUT II. <i>Generales motus uniformis, & dif. formis leges explicantur, quas Matthesius mixta fusiū demonstrat</i>	174.	197.
<i>Scholium</i>	182.	202.
<i>Corollarium</i>	186.	206.
CAPUT III. <i>An Gravia libere decidens in suo lapsu superius enumeratas leges servent</i>	191.	210.
<i>Corollarium</i>	192.	212.
<i>Nolletti, & Gravesandii machina describitur</i>	193.	214.
<i>Atwoodi machina describitur</i>	194.	215.
CAPUT IV. <i>De motu corporum cum resistentia medii comparato, & de causis acceleratiorum motus perturbantibus</i>	200.	221.
<i>Phænomenon primum</i>	203.	223.
		Ob-

<i>Observatio</i>	206.	225.
<i>Phænomenon secundum</i>	207.	226.
<i>Corollarium</i>	215.	232.
<i>Scholion</i>	216.	233.
CAPUT V. De Gravium descensu per planum		
Horizonti inclinatum	218.	235.
<i>Scholium</i>	228.	239.
<i>Corollarium primum</i>	223.	240.
<i>Corollarium secundum</i>	224.	ibid.
<i>Corollarium tertium</i>	228.	241.
<i>Corollarium quartum</i>	126.	ibid.
<i>Scholium</i>	233.	248.
CAPUT VI. De motu pendulorum	235.	250.
<i>Scholium primum</i>	253.	259.
<i>Scholium secundum</i>	254.	261.
<i>De pendulis compositis</i>	255.	263.
CAPUT VII. Exponitur quonodo ex pendulo-		
rum Theoria iter patuerit ad consequendam		
veram telluris figuram, aliaque gravitatis		
phenomena enucleanda	263.	268.
<i>Scholium</i>	266.	273.
<i>Animadversio</i>	270.	276.
CAPUT VIII. De pendulis in Cycloide oscilla-		
tibus	271.	279.
<i>Scholium primum</i>	279.	287.
<i>Scholium secundum</i>	280.	288.
<i>Scholium tertium</i>	281.	290.
<i>Animadversio</i>	282.	292.
CAPUT IX. De compositione, & resolutione		
motus rectilinei	283.	295.
<i>Corollarium</i>	289.	301.
<i>Corollarium</i>	292.	304.
CAPUT X. De corporum collisione, ubi Di-		
namicæ principia explicantur	293.	306.
<i>Casus primus</i>	301.	311.
		Con-

<i>Corollarium primum</i>	309.	319.
<i>Corollarium secundum</i>	303.	318.
<i>Scholium</i>	304.	313.
<i>Casus secundus</i>	305.	314.
<i>Casus tertius</i>	306.	ibid.
<i>Corollarium</i>	307.	315.
<i>De conflictu directo corporum elasticorum</i>	309.	317.
<i>Regula prima</i>	310.	318.
<i>Regula secunda</i>	311.	ibid.
<i>Corollarium</i>	312.	319.
<i>Casus primus</i>	314.	ibid.
<i>Corollarium primum</i>	315.	320.
<i>Corollarium secundum</i>	316.	ibid.
<i>Corollarium tertium</i>	317.	321.
<i>Casus secundus</i>	318.	321.
<i>Corollarium primum</i>	320.	322.
<i>Corollarium secundum</i>	321.	323.
<i>Corollarium tertium</i>	322.	ibid.
<i>Casus tertius</i>	323.	324.
<i>Corollarium primum</i>	324.	325.
<i>Corollarium secundum</i>	325.	ibid.
<i>Corollarium tertium</i>	326.	ibid.
<i>Animadversio</i>	328.	327.
<i>Scholium</i>	331.	329.
<i>De incursu obliquo corporum</i>	334.	331.
<i>Corollarium primum</i>	335.	332.
<i>Corollarium secundum</i>	338.	333.
<i>CAPUT XI. De Viribus centralibus</i>	339.	334.
<i>Corollarium</i>	351.	339.
<i>Corollarium</i>	353.	340.
<i>Animadversio</i>	354.	341.
<i>Theorema primum</i>	358.	314.
<i>Theorema secundum</i>	359.	345.
<i>Theorema tertium</i>	360.	347.
<i>Corollarium</i>	378.	360.


Scho-

Scholium 380.	362.
CAPUT XII. De motu gravium projectorum 381.	363.
Animadversio 383.	364.
CAPUT XIII. Resolvuntur insigniora problemata ad Balisticam spectantia 405.	379.
Corollarium 411.	385.
Eadem Problemata pro jactu Horizonti inclinato resolvere 413.	387.
Animadversio 419.	393.
Scholium primum 420.	394.
Scholium secundum 421.	395.

S E C T I O III.
MECHANICA ÆQUILIBRII SOLIDORUM.

CAPUT I. De gravium sustentatione, seu de centro gravitatis, & linea directionis corporum 422.	397.
CAPUT II. De Æquilibrio solidorum. Premititur lex generalis Staticæ 442.	409.
CAPUT III. De Væte 448.	412.
CAPUT IV. De libra, & sibera 458.	420.
CAPUT V. De Axe in Peritrochlio 469.	428.
CAPUT VI. De Trochleis 475.	432.
CAPUT VII. De Rotis dentatis 480.	437.
Scholium 484.	441.
CAPUT VIII. De Cochlea 485.	442.
CAPUT IX. De Cuneo 491.	446.
CAPUT X. De Plano inclinato 494.	449.
CAPUT XI. De recto Machinarum usu, & obſculis ad Calculum reducendis 498.	452.
Corollarium primum 511.	564.
Corollarium secundum 512.	563.

TAB. I.



Coagie



E